q̄ ab ipso victus est an
tonius: iterum clausuz
fuit: z per cōsequens a
morte Numę Pompi
lij vsq; ad augustum nō
habuerūt Romani pa
cem: nisi vno anno nec
ante numaz habuerūt:
q: romulus cōtinue bel
la gessit. De Iano cui
numa tēplū fecit est sci

N eadē: q̄ ipse

[V]endã ꝙ ipse regnauit in monte ianiculo q̄ est mõs infra vrbē ꝓ parte ⁊ in partibus vicinis eo tpe q̄ saturnus expulsus a filio suo ioue de creta venit in ptes illas: ⁊ q2 saturnꝰ docuit vineas colere ⁊ ciuilit̄ viuere: ideo receptus ē a iano in sociū regni: iano ḋo deificato attribuebant ei oēs ptātē claudēdi ⁊ apiēdi: ⁊ ideo ꝯstituit sibi numa tēplū qḋ voluit ꝓ diuersis tēporibꝰ claudi ⁊ apiri: ⁊ voluit ꝙ tpe pacis clauderet̄ ſm Ouidiū li. j. de fastis: vt pax ipsa q̄si inclusa maneret apḋ romāos: apiri ḋo voluit tpe belli: vt oēs milites q̄ ad bellū exierant incolumes recipent̄ reuertētes. Fuit autē numa rex creatꝰ ſm eutropiū eo tēpe q̄ regnabat apud iudeos ezechias: de quo dicet̄ infra libro vij. ca. xxxiiij.

Expositio Ca. X

A [A]N rñdet illi ꝙ nisi ⁊c. In hoc caplo reprobat augꝰ inquietudinē romanoꝝ ꝓbās ꝙ magis fuisset eis expediēs pax q̄ꝫ bellū. Et primo ꝓbat ꝙ pax fuisset ꝑponēda augmento impij. Scḋo ibi: Sꝫ plane ꝓ tātis ⁊c. ondit ꝙ in pncipio poterant excusari a bellis: q2 vt videt̄ ipsi habuerūt iustā causam bellādi. s. ad repellēdū hostes inuadētes. Tertio ibi: Sꝫ regnāte numa ⁊c. ostēdit ꝙ in ptāte hominū est magis pax q̄ꝫ deoꝝ seu demonum. b ¶ Idonea vero causa ⁊c. Uult dicere augꝰ ꝙ nō est idonea causa ꝙ ideo sit regnū inquietū vt sit maiꝰ. Loquit̄ eñ augꝰ affirmatiue ironice: et sensus est negatiuus. c ¶ Salustius vbi ait. s. in ꝓlogo catilinarū: ⁊ sunt ḋba Salustij ab illo loco: Igit̄ in initio reges ⁊c. vsq3 ibi exclusiue: An vt tā multū ⁊c. Ubi videt̄ dicere salustius ꝙ primū nomen impij fuit nomen regis scꝫ a regēdo dicti: ꝓpter hoc accepit primo hō sup hominē impiū. s. ptātē vt regeret. Et tūc reges erāt diuersi. i. diuersimode se habētes ⁊ occupātes: nā vna ps. i. aliq̄ exercebāt ingeniū suū studio. s. ⁊ disciplina: alij ḋo exercebāt corpꝰ scꝫ venationibꝰ vel aliis modis q̄bus nō apparuit aliquā cupiditatē esse causam exercitij. d ¶ Vergilius detestat̄. s. libro. viij. eneidos: vbi Vergilius post cōmendationē tempis qḋ fuit sub saturno: q̄ sicut dixi in p̄cedenti caplo regnauit in italia cū iano: a q̄ saturno etiā italia quōdā saturnina est dicta. Dicit q̄ ꝙ illa ꝓsperitas ⁊ innocentia vite humane durauit deterior donec paulatim ac decolor etas. i. male colorata ⁊ deformis ⁊ belli rabies ⁊c.

Salustius in catilinario

tos annos ab vrbe cõdita vsq3 ad augustū vnus ꝓ magno miraculo cōmemorat̄ annus post primū bellū punicum: quo belli portas romani claudere potuerūt.

¶ An optandū fuerit ꝙ tāta bellorū rabie romanorū augeretur imperiū: cum eo studio quo sub Numa auctum est et quietū esse potuit et tutū. Ca. X

a [A]N respōdent ꝙ nisi assiduis sibiq3 cōtinuo succedentibꝰ bellis romanū impiū tā lōge lateq3 non posset augeri: ⁊ tā grādi glo b ria diffamari? Idonea ḋo causa vt magnū esset impiū/ cur esse deberet inquietū? Nōne in corporibus hominū satius est modicā staturā cū sanitate habere: q̄ꝫ ad molem aliquā giganteā ppetuis afflictiōibus puenire: nec cū perueneris requiescere: sed q̄to grādioribus mēbris/ tāto maioribus agitari malis? Quid aut mali esset ac nō potius plurimū boni: si ea tēpa p c durarēt q̄ pstrinxit salustius/ vbi ait: Igit̄ in initio reges (nam in terris nomen impij id primum fuit) diuersi: pars ingeniū/ alij corpus exercebant: etiā tum vita hominū sine cupiditate agitabatur: sua cuiq3 satis placebant? An vt tā multum augeret̄ imperiū debuit fieri qḋ vergilius detestatur/ d dicens: Deterior donec paulatim ac decolor etas. Et belli rabies et amor successit habendi? Sed plane e ꝓ tantis bellis susceptis ⁊ gestis iusta defensio romanoꝝ est: quod irruentibus sibi importune inimicis resistere cogebat: nō auiditas adipiscēde laudis humane/ sed necessitas tuende salutis ⁊ libertatis. Ita sit plane. Nā postq̄ꝫ res eorum: sicut scribit ipse salustius: legibus/ moribus/ agris aucta/ satis ꝓspera/ satisq3 pollens videbatur: sicuti pleraq3 mortalium habētur: inuidia ex opulentia orta est. Igitur f reges populiq3 finitimi bello eos temptare: pauci ex amicis auxilio esse. Nam ceteri metu perculsi longe a g periculis aberant. At romāi domi militieq3 h intēti festinare: parare alius aliū hortari: hosti i bus obuiā ire: libertatē/ patriā/ parentesq3

e ¶ Sed plane ⁊c. Hic ponit excusationē belloꝝ q̄ romani in pncipio cōtra finitimos gesserāt: q2 videtur ad hoc coacti ꝓpter importunitatē vicinoꝝ q̄ ipsos bellis impetebāt. Et ad hoc inducit verba salustij q̄ habent̄ in principio Catilinarij vbi dicit hec verba: Urbē romā cōdidere atq3 habuere initio troiani: Qui enea duce ꝓfugi sedibꝰ incertis vagabātur. Cūq3 his aborigines genus humanū agreste sine legibꝰ sine imperio liberū atq3 solutum. Hi postq̄ꝫ in vna menia cōuenere. s. troiani ⁊ aborigines: dispari genere: dispari lingua alio more viuentes (incredibile ē memoratu) q̄ꝫ facile coaluerūt. Et post imediate salustius dicit sic: sed postq̄ꝫ res eoꝝ. s. romanoꝝ ciuilibꝰ: vel ſm aliā lr̄aꝫ legibꝰ (est eñ vtraq3 lr̄a bona) moribus/ agris aucta/ satis ꝓspera/ satisq3 ⁊c. f ¶ Igitur reges populiq3 finitimi bello eos tēptare/ supple romāos ⁊ ponit̄ hic infinitiuus modus ꝓ indicatiuo. s. tēptare ꝓ tēptauerūt: sicut ⁊ in sequētibus: ⁊ ē antiquꝰ modus loquendi: q̄. s. titꝰ liuius satis cōmuniter loquit̄: vel subitelligit̄ ibi ceperūt/ ita ꝙ finitimi ceperunt tēptare: pauci ex amicis auxilio esse. i. fuerūt: nā ceteri. i. aliq̄ amici metu pculsi. i. pcussi: ⁊ dicitur a pcellēdo g ¶ Longe a piculis aberāt: id est nō affuerūt romanis vt auxiliarent̄ eis in piculis suis ꝓpter metum potentie aduersarioꝝ. h ¶ At romani domi militieq3 intēti. i. intēti tā circa res domesticas curandas: vt hrent vñ possent esse ⁊ domū suā sustētare (q2 ꝓpriis stipēdiis in pncipio militabāt) q̄ꝫ etiā intēti rebꝰ militaribus. Nā statim q̄ñ vacabat eis redierūt ḋ bello domi: vt domꝰ sue curā hrent: vñ dicit: festinare. i. festinabāt/ parare. s. q̄ nōdū erāt para ꝓ domo ⁊ ꝓ bello: idem eñ tūc fuit agricola ⁊ miles. i ¶ Alius aliū hortari. i. hortabant̄ hostibꝰ obuiā ire: libertatē/ patriā/

Eneidos. 8.

B

b parentesq̄ tegere armis: id eſt protegere armis. a ¶ Poſt vbi. Verba aūt iſta: Decēter his artib⁹ roma creuit: nō ſunt ſaluſtij ſʒ auguſtini ꝓ q̄b⁹ habet ſaluſti⁹ ſic: Impiū legitimū regiū impij nomen hr̄e. b ¶ Sʒ regnāte numa ꝛc̄. Hic oſtēdit btūs aug⁹ ꝙ pax ē magis in pt̄āte hoīuʒ q̄ demonū: nec ē in pt̄āte demonū: niſi q̄tū eis a ſupiori pt̄āte ꝑmittit̄. Et fundat ſe ſup illa pace q̄ toto tp̄e nume pōpilij durabat: de q̄ in p̄cedēti capl'o. Et ō illa querit ſi erat a dījs: cauſaʒ.ſ.ei⁹ ꝛ modū vtꝝ ne tūc aliq̄ romāos impeterēt vel nō. Si ſic: q̄
C aliis eos impetētib⁹: ꝛ ſi ecōuerſo romāis bella nō ferētib⁹/facta eſt pax abſq̄ hoc ꝙ inimici eoꝛuʒ vllo martio.ſ. bellico īpetu terreren̄t: ergo eiſdē modis q̄bus tūc fuerūt hoſtes ſedati: poterāt dij eos ſꝑ ſedatos tenuiſſe: vt poꝛte iani de q̄bus in p̄cedēti capl'o dictū eſt ſemꝑ fuiſſent clauſe: nec oportuiſſet romanos bellaſſe. Si dicat̄ ꝙ hoc nō fuiſſet poſſibile: q̄ tū nō ſit alia cauſa poſſibilitatis niſi volūtas alioꝝ q̄ noluiſſent a bellis ceſſaſſe: ſequit̄ ꝙ belluʒ vel pax non fuerit in pt̄āte demonū: ſʒ magis dependet a volūtate hominū ꝛ tā bellū q̄ꝫ pax ſūt ſm volūtatē hominū ꝛ nō demonū. Et hic notandū eſt ꝙ btūs aug⁹ non videt̄ arguere ad aliaʒ ptē diuiſiōis: quā in pn̄cipio ſue rōnis poſuit. Et cauſa eſt: q: ſi dēt ꝑs illa.ſ. ꝙ pax illa ꝑmāſit tāto tp̄e: q: nullus erat qui eos impeteret: ſtatim apparet ex dictis ꝙ
D tūc magis ē ꝯcedenduʒ ꝙ pax illa dependeat ex volūtate hoīuʒ q̄ nolebāt eos impugnare. Et ſciēdū ꝙ ſicͭ dicit tit⁹ li⁹ li.j. de origine vrbis cū finitimi romāoꝝ cernerēt numā ſacris dedi tū: ceperūt hr̄e romā in reuerētia tāta ꝙ nefas reputabāt eā armis impetere. c ¶ Niſi forte dij tales ꝛc̄. Hic oñdit quō in pt̄āte demonū ſit aliquo mō pax ꝛ bellū: ꝛ quō poſſunt vni homini vēdere.i. ꝓ ſeruitio ei⁹ debito ꝯcedere illud qḋ eſt in pt̄āte alteri⁹ hoīs velle aut nolle: nam ipſi pn̄t terrere hoīes ne bellēt: ꝛ excitare hoīes ad bellandū ſi ꝑmittan̄t: nō tū ſic ꝙ poſſint ipſaʒ volūtatē neceſſitare: ꝑmittūtur aūt a deo terrere vl' excitare mētes hominū: ſm

a armis tegere. Poſt vbi pericula virtute ꝓpulerūt ſocijs atq̄ amicis auxilia portabant: magiſq̄ dandis q̄ꝫ accipiendis beneficijs amicitias parabāt Decenter his artibus
b roma creuit. Sed regnante numa: vt tam longa pax eſſet: vtruʒ irruebāt iꝓbi/bella q̄ꝫ temptabant: an nihil eoꝝ fiebat: vt poſſet pax illa perſiſtere? Si enim bellis etiam cum roma laceſſebatur: nec armis arma obuia ferebantur: quibus modis agebatur vt nulla pugna ſuperati: nullo martio impetu territi ſedarētur inimici: his modis ſēper ageretur vt ſemꝑ roma clauſis iani poꝛtis pacata regnaret. Qꝛ ſi in poteſtate nō fuit: non ergo Roma pacem habuit: q̄ꝫdiu dij eorum/ſed q̄ꝫdiu homines finitimi circūquaq̄ voluerunt: qui eam nullo bello ꝓ
c uocauerunt: niſi forte dij tales etiam id homini vēdere audebūt quod alius homo voluit ſiue noluit. Inter eſt quidem iam vitio ꝓprio malas mentes quatenus ſinātur iſti demones vel terrere vel excitare. Sʒ ſi ſemper hoc poſſent: nec aliud ſecretiore ac ſuperiore poteſtate contra eorum conatum ſepe aliter agerer̄: ſemꝑ in poteſtate haberent pacēʒ bellicaſq̄ victorias: que ſemꝑ fere ꝑ hūanoꝝ animoꝝ motus accidūt.

¶ De ſimulacro cumani apollinis cuius fletus creditus eſt cladem grecoꝛuʒ quibus opitulari non poterat indicare.

Capitulum XI

Quas tamen o plerūq̄ contra eorum fieri voluntatem: nō ſolum fabule multa mētientes: ꝛ vix veri aliquid vel indicantes vel ſignificantes: ſed etiam ipſa romana cōfitetur hiſtoria. Neq̄ enim aliunde apollo ille cumanus cum aduerſus achęos regem q̄ꝫ ariſtonicum a romanis bellaretur: quatriduo fleuiſſe nunciatus eſt: quo prodigio haruſpices territi: cuʒ id ſimulacrum in mare putauiſſent eſſe ꝓijciendum: cumani ſenes interceſſerūt atq̄ retulerunt tale prodigiuʒ: ꝛ antiochi ꝛ perſidis bello in eodem apparuiſſe figmento. Et quia romanis feliciter ꝓueniſſet ex ſe

differētiā ꝛ q̄litatē vitioꝝ q̄b⁹ ſuccēdūt: vn̄ ſm h̄ ſepe demones accipiūt pt̄āte ſup hoīes. Et ad intellectū iſtoꝝ ſciēdū ē ꝙ ipſi pn̄t ſi ꝑmittant̄ cauſare paſſiōes ꝛ mot⁹ ipſi⁹ appetit⁹ ſenſitiui: q̄s vocat hic aug⁹ mot⁹ aioꝝ: ꝛ iſtos mot⁹ ſequit̄ cōtētas hoīuʒ ꝛ p̄cipue malorū: ꝛ ꝑ ꝯſequēs pn̄t ſi ſinant̄ cauſare ſic bellū ꝛ pacē: tn̄ ſemꝑ voluntas hoīs ē magis cauſa: q: diabolus eā neceſſitare nō pōt: ꝛ q: etiā a volūtate hūana eſt qḋ ſibi ꝑmitt̄ magis vl' minus poſſe: ꝛ ideo dicit aug⁹ Intereſt q̄dē iā ꝛc̄.

Expoſitio Ca. XI

Quas tn̄ plerū o q̄ꝫ cōtra ꝛc̄. In hoc capl'o oſtēdit btūs aug⁹: ꝙ pax ꝛ bellice victorie ſepe ꝓueniunt ꝯ volūtatē demonū. Et p̄mo ꝓbat h̄ ꝑ veritateʒ hiſtoricā expſſā. Scḋo ibi: Vn̄ nō viſq̄ꝫ: ꝓbat idē ꝑ v̄itateʒ fabul' velatā. Quantū v̄o ad v̄itatē hiſtorie ſciēdū ē ꝙ romāi poſt ſcḋm bellū punicuʒ: habuerūt ꝯ philippū regē macedonie bellū: qḋ vocatū eſt bellū macedonicuʒ: nec fuit philippus iſte pat̄ alexādri magni: ſʒ alius cuius fili⁹ erat pſes: de q̄ hic fit mētio. Victus ē aūt philippus ꝛ ſubiugat⁹: ꝛ fidelit̄ ſe habuit ad romanos: q̄ moꝛtuo pſes fili⁹ ei⁹ cepit rebellare: ꝛ bellū.ſ. macedonicū ſcḋm mouere ꝯ romanos: q̄ ꝛ ipſe etiā victus ē ꝛ romaʒ ductus. Et etiā eodē q̄ſi tp̄e licet parū ante: bellū habuerūt romani ꝯ antiochū regē ſyrie: quē etiā vicerūt: ꝛ ſibi leges impoſuerūt vt volebant. Poſt hoc v̄o modicuʒ attalus filius eumenis rex aſie moriēs: populū romanū ſui regni teſtamēto reliq̄t heredeʒ: ita ꝙ teſtamēto regnū aſie minoris adiectū eſt romanis. Huic aūt attalo frat̄ erat noīe eumenes amic⁹ romanoꝝ: q̄ filiū habuit ex ꝯcubina noīe ariſtonicū: de q̄ hic fit mētio: iſte ariſtonic⁹ moꝛtuo attulo vendicauit ſibi regnū aſie ꝛ achaie: a qua achaia dicunt̄ achaici ſeu achiui ſeu achei q̄ idē ſunt. Iſte ḡ ꝯgregato magno exercitu cū romanis belluʒ habuit: ꝛ victus ꝛ captus: romāq̄ ꝑductus ibidē iuſſu ſenatus ſtrāgulatus ē. Huius ḡ mortē ſicut narrat aug⁹ p̄uidens apollo cumanus.i. q̄ cume q̄ eſt ciuitas cāpanie colebat̄: doluit ꝛ fleuit: q̄ ꝛ antiochū p̄uidēs H

ꝛ perſeꝰ

h z perseu vincēdos fleuerat:optauerat eni φ isti oēs
romāos vicissent. Flet⁹ aūt ei⁹ ideo ꝑnūciauit grecis
malū:qꝛ cumani fuerāt colonia grecoꝝ.i.ꝗndā greci
fuerāt:z ō grecia venerāt ad incolēdū locū illū:ꝗuis
eo tpe ꝗ fleuit apollo essent subiecti romāis:z ꝗsi la/
tini effecti. Venientes
aūt de grecia secū tule/
rāt statuā apollinis quā
in grecia colere ꝯsueue
rāt:vn̄ cū fleuisꝫ:harus/
pices min⁹ periti crede
bāt φ ꝑnūciasset malūꝫ
romāis:z ideo volebāt
eā in mare ꝓiecisse:nisi
senes cumani restitisſēt
sꝫ peritiores haruspices
oppositū interp̄tati sūt.
a ¶ Nā camillā dia/
na doluit apud ver/
giliū. De h narrat Ver
gili⁹ li.xj.eneid.φ cū ca
milla ꝗ erat regina vols
coꝝ ꝓ pte regni rutulo/
rū pugnasset fortissime
ꝯ partē enee:ꝗdaꝫ noie
aruns hasta pcutiēs int̄
fecit eā:qd̄ diana.i.luna ꝗ/
si duana:qꝛ nocte z die
lucet sic dicta:vidēs in/
gemuit:eo φ cultrix ei⁹
fuerat:z cōminata ē se
velle vindicare morteꝫ
suā morte illi⁹ ꝗ eā int̄/
fecit. b ¶ Et pallan/
tē moriturū zc̄. Iste
pallas fuit fili⁹ euandri
regꝭ arcadie:quē euan/
drū hercules rediēs de
hispania vindicauit de
caco ꝗ boues hercul' fu
ratus fuerat:z euādri aialia sepe rape ꝯsueuerat:nā
hercules cacū int̄fecit:ꝓpt̄ qd̄ ab euandro honorifice
suscept⁹ ē. Pallas ṽo a pr̄e suo missus postmodū ve
nee ferret auxiliū ꝯ turnū:cū turnū sibi obuiū in bel
lo habuisset/orauit herculē iā deificatū z mortuū vt
eū faceret victorē de turno:ꝯfidēs ō hercule ꝓpt̄ ami
citiā quā habuit ad pr̄eꝫ suū:sic̄ dic̄ vergili⁹/sic: Au/
diit alades.i.hercules/iuuenē.i.pallantē magnūqꝫ
sub imo:Corde p̄mit gemitū.s. hercules lachrymas
qꝫ effudit ianes. Et addit ṽgil'.φ hercules ꝑdixit sibi
φ int̄ficiēd⁹ erat a turno:nec aliꝰ esse potat/tn̄ mortē
suā vīdicaret eneas int̄ficiēdo turnū. De isto pallāte
ꝗ ƀm ṽgiliū lancea vulnerat⁹ erat in pectore:narrat
Vincē. in spe. historiali li.xxvj.φ tpe heinrici secūdi
imꝑatoris/videlꝫ circa ānū dn̄i. M.liiij.corp⁹ ei⁹ ro
me īregrū ē inuētū. Hiat⁹ aūt vulnerꝭ qd̄ ī medio pe
ctore turn⁹ fecerat/ꝗtuor pedib⁹ cū dimidio mēsura
tus ē. Corp⁹ ṽo muro applicatū sua magnitudīe me/
nia vicit. Ad cui⁹ caput accēsa lucerna repta est:ꝗ nō
potuit extigui donec ꝗdā stilo sub flāma fecit foramē:
z sic aere subītrāte euanuit. Cui⁹ epitaphiū sic iuētū
ē: Fili⁹ euādri pallas/quē lācea turni Milit' occidit
more suo iacet h. c ¶ Nec troia. zc̄. Hic notādū
est φ postqꝫ iliū ciuitas metropol' troianoꝝ fuit sub
laomedōte pr̄e p̄ami murata/nō stetit nisi p̄uo tpe:
qꝛ mox tpe p̄ami subuersa ē:tn̄ ante laomedontē fuit
regnū troianoꝝ etiā sub h noie:naꝫ troia dicta ē a ꝗ/
dā ꝗ tros dic⁹ ē:z regnabat in terra ista hn̄ ante lao
Iudic.3.b. medontē. In historia frācoꝝ ḋr:φ tp̄e aioth iudicis
edificata ē troia:z stās.clxxxv. ānis tpe lapidoth ca/
pta ē. De regno lauinicēsi sciendū ē φ enee veniēti in
italiā:rex latin⁹ dedit ei vnicā filiā suā in vxorē ꝗ laui
nia dicta ē. Cōdidit ṽo eneas ciuitatē quaꝫ a lauinia
vxore sua lauiniū nōiauit:vbi regnauit trib⁹ annis:z
postea fili⁹ ei⁹ iuli⁹ ascani⁹ ānis.xxvij.qd̄ regnū vocat
h aug⁹ lauiniēse:deinde
a trāslatū ē in albā vbi re
gnatū ē sub.xiiij.regib⁹
vsqꝫ ad romulū exclusi/
ue nō cōputato numito
re:ꝗ si annumeret aliꝰ
erūt.xiiij.de ꝗbus aug⁹
īfra li.xviij.ca.xxj. Hic
est tn̄ aduertēdū φ licet
aug⁹ vocat h regnū la/
uiniēse:tn̄ idē regnū vo
cat ab historiographis
regnū latinoꝝ. Vocat
ṽo aug⁹ regnū lauinīē/
se a ciuitate in ꝗ regna/
bat:sꝫ regnū latinoꝝ di
cit a pplo cui rex ꝑerat:
z ideo ꝗuis regnū laui
niēse dicat paꝫ durasse
qꝛ lauiniū a modico tē/
pore fuit caput regni/
tamen regnū latinoruꝫ
temꝑibus.xv.regū ƀm
Eusebiū durauit:quoꝝ
p̄mū dicit fuisse eneam
z vltimū amuliū fratrē
numitoris:qui fuit au⁹
romuli:postea vero cō/
dita roma latini vocati
sunt romani:z cessauit
regnum latinorum sub
illo nomine:z bene an/
te: vt dicit Augustinus
infra li.xviij.ca.xx.nā al
ba ꝯdita/dictuꝫ ē regnū
albanoꝝ:ꝗuis apud historicos vocetur regnum la/
tinorum vsqꝫ ad tempora romuli. d ¶ Siue quī
cum romulo zc̄. Hoc dicit:quia romulus aliquos
deos rome posuit:de quibus etiam beatus augusti/
nus.j.li.iiij.ca.xxiij.facit mētionē. e ¶ Siue ꝗnqꝫ
alba euersa zc̄. Hic sciendū est φ sicut narrat titus
liuius de origine vrbis libro p̄mo:ciuitatem que lon
ga alba dicta est condidit ascanius filius enee.xxx.an
no postqꝫ pater suus lauiniū ꝯdiderat: in qua regna/
uit ascanius postqꝫ lauinium dimiserat lauinie que
fuit mater eius ƀm aliquos/ vel nouerca ƀm alios.
In ea etiam ciuitate regnauerunt latini reges vsqꝫ
ad romulum vel vltra. Constat eni φ in ea regnatū
est siue appellaret regnum latinoꝝ siue albanorum
vsqꝫ ad tempus tulli regis romanoꝝ ꝗ successit Nu/
me pōpilio:sicut numa romulo. Ipse ṽo ꝓpter ꝑfi/
diā albanoꝝ quam eis obiecit tullus ciuitatē illā sub
uertit:ꝗ steterat.cccc.annis ƀm titū:z de ciuibus al/
banis auxit vrbē:fecit eni eos venire romā z inhabi/
tare montē celiū quē vrbi adiecit. Ipsi ṽo albani sic
trāslati:deos suos(vt dicit h aug⁹) secū romā trāstu
lerūt. Vn̄ dicit h aug⁹ φ dijs illis ꝗs romulus in vr/
bē trāstulit:z ꝗ postmodū etiā de alba euersa trāsitu
ri erāt numa deos alios addidit:ꝗ vel custodirēt ali/
os ꝑdictos tanqꝫ fugitiuos:vel iuuarent saltē tanqꝫ
inualidos:quasi diceret:si alij dij fuissent satis vali/
di vel voluissent remanere/frustra ꝓuidisset ipse nu/
ma de pluribus.
¶ In h ca.xj.facit aug⁹ mētionē de pallāte quē mo/ Additio faco
riturꝫ hercules defleuit. Et fingūt poete φ pallantē bi pastauantij

natusconsulto eidem
apollini sua dona esse
missa testati sūt. Tūc
vero peritiores acciti
haruspices responde/
runt:simulacri apolli
nis fletum ideo ꝓspe/
rum esse romanis:qm̄
cumana colonia gre/
ca esset:suisqꝫ terris vn
de accitus esset:id est
ipsi grecie z luctum z
cladem apollinem si/
gnificasse plorantem.
Deinde mox regē ari
stonicum victum z ca
ptum esse nunciatum
est:quem vinci vtiqꝫ
apollo nolebat et do/
lebat:et hoc sui lapi/
dis etiam lachrymis
indicabat. Unde non
vsqꝫquaqꝫ incongrue
ꝗuis fabulosis tamē
veritatis similibus mo
res demonum descri/
bunt carminibus po/
etarum. Nam camil/ a
lā diana doluit apud
vergilium:z pallantē b
moriturum hercules
fleuit. Hinc fortassis
et Numa pompilius
pace abundans: sed
quo donante nesciēs:
nec requirens:cum co
gitaret ociosus: qui/
bus nam dijs tuendā
romanam salutem re/
gnūqꝫ cōmitteret:nec
veruꝫ illum:atqꝫ om/
nipotentem summuꝫ
deuꝫ curare opinaret
ista terrena:atqꝫ reco
leret troiāos deos ꝗs
eneas aduexerat:neqꝫ c
troianū:neqꝫ lauiniē/
se ab ipso enea condi/
tum regnum diu ꝯser
uare potuisse:alios ꝓ
uidēdos existimauit:
quos illis prior⁹ siue d
ꝗ cū romulo iā romā
transierant:siue ꝗnqꝫ

 moritur

ex mortuū hercules exaudire nō potuit:q2 perio/dus vitę iuę fatis datus cōpletus fuit: ⁊ ideo defleuit eius mortē hercules iā int̄ deos trāslatus: vt patet p Vergiliū.x.ęneið. Dicit aūt hic expositor q̄ iste pal/las fingit̄ filius herculis in fabulis poetaꝝ:qð nō vi/det̄ verum:nō enim est mos apð poetas: vt cu/ius nomen patris expri/mūt: ⁊ eū dicāt hominē esse/eidē attribuant pa/trē aliquē de diis. Sed a Vergilio expresse no/minat̄ pater pallantis fuisse euander: de quo ⁊ historiographi narrant ⁊c. Et qð dictum est de patre/obseruat̄ etiā de mr̄e: sicut patet discur/rēdo p singulos q̄s poe/tę finxerant fuisse filios deoꝝ vel deaꝝ: vt cuius nominauerūt patrē de/um vel matrem deam esse: inter homies eius pater: ⁊ inter feminas eius mater subticeatur. Qð vero dicit hic expositor: q̄ ex verbis Herculis colli/git̄ q̄ fuerit filius eius: quia roganti pallanti anteq̄ congrederetur cum turno/vt adesset sibi fauorabi/lis in pugna: dicit Vergilius vbi supra: Herculem respondisse de sub terra: ⁊ dicit Vergilius introdu/cens Herculem sibi respōdentem: Tum genitor na/tum dictis affatur amicis ⁊c. Ex hoc verbo dicit ex/positor q̄ colligitur eum fuisse filium herculis. Sed si non habet aliunde: hoc argumentum parum va/let: quia consuetudo est: ⁊ in scripturis reperitur/q̄ iuuenes ab antiquis vocantur filii: ⁊ antiqui pro/pter reuerentiaꝫ appellantur patres. In verbis au/tem pallantis quibus rogat Herculem/apparet q̄ non orat eum vt patrem: sed vt deum bellis fauen/tem: ⁊ adiurat eum per hospitium ⁊ mensam patris sui. Dicunt enim historię q̄ Hercules fuit receptus hospitio ab Euandro rege arcadię q̄ fuit pater istius pallantis/qui orans dixit: Per patris hospitiū ⁊ mē/sas quas aduena adisti: Te p̄cor alcide.i. Hercules ceptis ingētibus adsis.

Expositio Ca. XII

Nec his sacris tamen roma ⁊c. In hoc ca/pitulo ostendit beatus augustinus quanta sit cecitas romanoꝝ: qui ſm qð roma creuit ſm hoc eti/am augerāt numerum deoꝝ. Et primo ostendit quo modo multiplicauit deos. Secūdo ibi: Sub hoc er/go ⁊c. declarat vnitatē erroris eoꝝ. b Nam ip/sius summum templum ⁊c. Hic sciendū q̄ duo erant Tarquinii reges romanoꝝ.s. Tarquinius pri/scus ⁊ Tarquinius superbus/q̄ fuit vltimus rex ro/manoꝝ: de quo fit hic mentio. Iste enim sicut narrat Titus liuius de origine vrbis lib. i. postq̄ rebus bel/licis finem imposuerat: cōuertit ad res vrbanas ani/mum suum. Et in p̄mis statuit ędificare templum io/ui in monte: qui p̄mo ſm Iustinum lib. xliii. vocatus est saturnius: quia Saturnus locum illum inhabita/uit: postea mons tarpeius dictus est. Cum autem fo/derent ibi fundamenta templi/inuentum est sub ter/ra caput hominis cuꝫ facie integra: a quo mons ille qui infra vrbē est: dictus est mons capitolii: ⁊ etiam templū illud capitoliū vocatū est: qð iouis summuꝫ templū vocat hic btūs aug⁹. Et merito: q2 dicit ti⁹ liui⁹/q̄ opus illi⁹ tēpli ita sumptuosuꝫ erat ⁊ magnū q̄ magnificētia romanoꝝ q̄ fuit tp̄e augusti/sub quo dn̄abat̄ fere toti orbi: vix potuit illi aliquod ęquale facere. c Esculapius autē ab epidauro ⁊c.

alba euersa fuerāt trā/situri: vel tanq̄ fugiti/uis custodes adhibe/ret: vl' tanq̄ inualidis adiutores.

Quantos sibi deos romani prę/ter constitutionē numę adiecerint: quorū eos nūero/sitas nihil adiuue/rit. Ca. XII

a Nec his sacris tamen roma pignata ē esse ↄtēta: q̄/tā multa illic pompili/us ↄstituerat. Nā ip/b sius summū tēplū nō/dum habebat iouis. Rex quippe tarquini/us ibi capitoliū fabri/cauit. Esculapius au/c tē ab epidauro abiuit romā: vt peritissimus medicus in vrbe nobi/lissima/artem glorio/sius exerceret. Mater d autem deoruꝫ/nescio

Esculapius fingit̄ de⁹ medicinę. Epidaurus ſm Eu/tropiū est ciuitas/q̄ mō vocat̄ dyrrhachiū: q2 vo ro/ma fuit maior ciuitas q̄ epidaurus: ideo abiuit romę esse: vt dicit aug⁹. De aduectiōe aūt eius romā dicit titus liui⁹ de vrbis origine li. x. in fine: q̄ cū roma gra/ui pestilētia laboraret: q̄ tāta fuit vt licet ān⁹ il/le.s.cccclv. ab vrbe ↄdi/ta in multis lēg⁹ esset: tā/vix ad vni⁹ mali sufficit solatiū pestilētię.s. vrbē vrētis: tā q̄ ad hoīes q̄/etiaꝫ q̄ ad agros. Igit̄ ↄsuluerūt libros sibyl/lę de remedio: ⁊ inuētū est q̄ ęsculapius de epi/dauro romā auferēdus esset. Idē etiam narrat Orosius li. iii. De hoc ēo narrat ti⁹ liuius li. xi. ab vrbe ↄdita: ⁊ Va/lerius lib. i. q̄ trib⁹ ānis ↄtinuis vrbs afflicta fu/it graui pestilētia. Mis/si ergo sunt p remedio legati ad accersendū de epi/dauro ęsculapiū: quo venientes/ab epidauriis ducti sunt in templū ęsculapii: qð quinq̄ milibus passuum ab epidauro distabat: ⁊ ecce serpens q̄ nūq̄ licet ra/ro ab epidauriis visus fuerat: nunq̄ tñ sine bono ip/soꝝ visus est: ꝓpter qð etiā in modū ęsculapii venera/ti p ętes vrbis clarissimas leui tractu repere cepit/triduoq̄ ↄspectus ē: haud dubiā ante se appetitę cla/rioris sedis alacritatē ferēs. Deinde ad nauē roma/nā prexit ac nauē ↄscendit: vbi vni⁹ legati taberna cu/lū erat: ibiq̄ q̄euit. Cū vo nauigando anciū peruenis/sent/serpēs q̄ vbiq̄ in nauigio remanserat ad terraꝫ dilapsus est: ędem ęsculapii q̄ ꝓpe erat intrauit: ⁊ ibi tribus diebus remansit dato sibi cibo: postmodum vero ad nauē reuersus se romā ad vehendum ſbuit/ibi in ripam tyberis egressus in insulam vbi templū dicatū fuit ęsculapio transnatauit: ⁊ cessauit pestilen/tia a romanis. Idē narrat Ouidius li. xv. metamor/phoseos. Vocatus est aūt serpēs ille in cuius specie venit ęsculapius/ſm papiā epidaurius q̄ de epidau/ro ciuitate venit. Et est hic aduertendū ꝓpter libros Sibyllę de q̄b⁹ hic fit mētio: q̄ cū fuerint decē sibyl/lę vates famosę: sibylla de qua fit hic mentio fuit si/bylla cumea dicta amalthea: de qua dicit Isidorus lib. viii. ethimologiaꝝ: q̄ ipsa nouē libros attulit tar/quinio p̄sco/regi romanoꝝ quinto: in q̄bus erant de/creta romanoꝝ ↄscripta. Dicta vo est cumea a Cu/ma ciuitate cāpanię: cuius sepulchrū adhuc in sicilia manet. Hęc Isidorus. A. gellius vo lib. i. narrat q̄ an⁹ q̄dā incognita ad tarq̄niū regē supbū aduenie/ns nouē libros ferēs: q̄s esse dicebat diuina oracula/eosq̄ dicebat vēdere velle: sꝫ cū iudicio regis p̄ciū excessi/uū peteret/ab ipso irrisa est. Tūc illa igne corā rege facto/tres ex illis libris cōbussit: interrogās si rex sex libros residuos ęquali p̄cio vellet emere: q̄ dixit anū illā delyrare: q̄ statim tres alios cōbussit: interrogās regem de tribus residuis libris sicut de sex fecerat: q̄ mulieris videns ↄstantiā: tres libros emit: nō mino/ri p̄cio q̄ petitū erat de omnibus. Mulier vero illa postmodū a rege digressa nunq̄ comparuit: libri ve/ro tres illi appellati sunt sibyllini: ⁊ in sacrariū con/diti sunt: ⁊ ad eos quasi ad oraculum quindecim viri adeunt: cum dii immortales publice ↄsulendi sunt. Hęc ex A. gellio. Et idem in summa narrat solinus capitulo de sibyllis. d Mater autem deoruꝫ nescio vnde ⁊c. De hoc nota.s. ca. xxx. libri p̄mi.

vnde nata genestinuz montẽ insedit. Indignũ enim erat: vt cũ eius filius iã colli capitolino ꝑsideret: adhuc ipsa in loco ignobili latitaret. Que tamen si omniũ deoꝝ mater ẽ: nõ est secuta soluz romam quosdã filios suos: verum ⁊ alios pręcessit etiaz secuturos.

B a Miror sane si ipsa peperit cynocephalum: qui lõge postea venit b ex ęgypto. Utrũ etiaz dea febris ex illa nata sit: viderit ęsculapius ꝓnepos eius. Sz vndecunqꝫ nata sit: non opinor: audebũt eam ignobilem dicere dii c peregrini deam ciuez d romanã. Sub hoc tot deoꝝ ꝑsidio: quos numerare quis põt indigenas ⁊ alienigenas/ cęlestes/ terrestres/ infernos/ marinos/ fontanos/ fluuiales: ⁊ vt varro dicit: certos atqꝫ incertos: in oĩbusqꝫ generibus deoꝝ: sicut in animalibus mares

C ⁊ fęminas. Sub hoc ergo tot dieꝝ ꝑsidio cõstituta roma: nõ tam magnis et horrendis cladibus/ quales ex mul e tis paucas cõmemorabo: agitari affligiqꝫ debuit. Nimis enim multos deos grandi fumo suo/ tanqꝫ signo dato ad tuitionẽ congregauerat: quibus tẽpla/ altaria/ sacrificia/ sacerdotes instituendo atqꝫ prębẽdo: summum vero deum cui vni hęc rite gesta debentur/ offenderet. Et fęlicior quidem cum paucioribus vixit. Sz quanto maior facta ẽ sicut nauis nautas/ tãto plures adhibẽdos putauit: credo desperans pauciores illos sub quibus in comparatiõe peioris vitę melius vixerat: non sufficere ad opitulandum granditati suę. Primo enim sub ipsis regibus excepto numa f pompilio: de quo iam supra locutus sum: quantum malum discordiosi certaminis fuit: quod fratrem Romuli coe g git occidi?

Quo iure: quo fędere romani obtinuere prima cõiugia.

Capitulum XIII

Quomõ nec b iuno quę cũ ioue suo iam

a ¶ Si ipsa peperit cynocephalũ. Dictũ est. s. li. ii. ca. xiiii. b ¶ Utrũ etiã dea febris ⁊c. Nota de ista. s. li. ii. ca. xiiii. De ista ꝓo dicit hic aug⁹: ꝙ ęsculapius ꝓnepos matris deoꝝ habet videre si dea febris ꝓcesserit ab ipsa: quia ęsculapius cũ dicatur deus medicinę/ ipse habet de febre curare et iudicare vñ ꝓueniat et habeat originẽ. Dicitur aũt ęsculapius ꝓnepos matris deorũ: quia cybele mater deoꝝ genuit iouẽ: ⁊ iupiter apollinez: apollo ꝓo ęsculapiũ. c ¶ Deam ciuẽ romanã ⁊c. Pro tãto dicit febrẽ ciuẽ romanam: quia ipsa nõ fuit aliũde adducta: sicut berecyntia mater deoꝝ ⁊ sicut esculapius: sz solũ a romanis est ipsa deificata. d ¶ Sub hoc tot dierum pręsidio quos numerare ⁊c. Sciẽdũ est hic ꝙ romani ita multiplicauerũt deos in vrbe/ ꝙ vix erat aliquid in vrbe cui nõ attribuissent deos ꝓprios ⁊ quosdã fecerunt cęlestes. i. in cęlo habitãtes sicut iouẽ ⁊ multos alios: quosdã terrestres/ sicut faunũ ⁊ picũ cęlibẽ ⁊ huiusmõi: quosdã infernales/ sicut plutonẽ/ febrẽ pallorẽ ⁊ furias: quosdam ꝓo aquaticos/ sicut neptunuz deum maris: ⁊ nymphas siue musas fecerũt deas aquaꝝ: ⁊ illas distinxerunt ſm diuersitatẽ aquaꝝ. Nam nymphas marinas dixerũt naiades: nymphas fontanas amadryades: cãpoꝝ napeas: montiũ oreades: siluaruz dryades. Nec suffecerũt aliquę nymphę duabus aquis vel tribus: sed cuilibet fonti: cuilibet fluminuz dederũt ꝓpriã. Et inter deos posuerunt vtrũqꝫ sexũ: sicut saturnus est masculus: ⁊ berecyntia fęmina ⁊ vxor eius. Similiter iupiter masculus: ⁊ Juno fęmina ⁊ vxor: ⁊ sic de aliis. Uarro etiã maximus inter deos auctor: in rebus diuinis quosdã ponit deos certos. s. quoꝝ origo ⁊ approbatio certa est: quosdã ꝓo incertos ꝑ oppositum: vt patet. i. libro. vi. ca. iii. e ¶ Paucas cõmemorabo ⁊c. scz in sequẽti ca. ⁊ ca. xiiii. ⁊ quibusdã aliis. f ¶ Excepto numa ⁊c. De quo. s. ca. ix. et. x. g ¶ Fratrẽ romuli: de cuius interfectiõe lib. ii. ca. xiiii.

aliis: nisi a pestilentia.

Additio laco bipassauanti

¶ In hoc capl'o. xii. facit augustinus mẽtionem de dea febre: de qua dicit expositor/ ꝙ fuit mater ęsculapii: ⁊ ꝙ est dea inferni. Quod nõ videtur bene dictũ/ salua sui gratia. Nam sicut infra dicetur li. viii. ca. v. Esculapius fingitur fuisse filius phębi ⁊ coronidis: sicut vult Ouidius. ii. metamorph. Nec vnquam legitur ꝙ phębus cum febre cõuenerit: vel ꝙ ex ea filiuz genuerit. Nec cõuenienter fingitur ęsculapius filius febris/ cuz ipse postmodum sit habitus deus medicinę qui habet febrẽ expellere: nisi dicatur ita crudelis filius ꝙ matrẽ ꝑsequatur vbiqꝫ: ⁊ eam ex omni sede expellat. Rursus ⁊ febris nõ fingitur dea inferni. Una enim sola dea ⁊ regina infernũ dicitur ſm poetas. s. proserpina: alię dicuntur furię vel vltrices curę/ lętũ/ luctus/ discordia ⁊c. Furię autem ⁊ huiusmõi alia non dicũtur deę vel dii: sed ministrę plutonis ⁊ proserpinę. Quod autez dicit: ꝙ Numa rex romanorũ sacrauit deę febri mensem februarii: non habet veritatem/ sed sacrauit illũ februo: id est Plutoni: sicut dicit Isidorus. v. etymo. cui cõcordat Papias: licet de numa nõ faciant mentionem: sed dicunt in genere romanos illum februo sacrasse. Illo enim mense fiebant sacrificia ꝓ purgatione manium vel animarum ad inferos descendentium. Et ideo fiebãt plutoni deo inferni: ⁊ non deo cęli. Et inde dicũtur februa vel februalia huiusmodi sacra vel sacrificia: id est purgatiões vel purgatoria. Unde Ouidius libro. ii. de fastis. Februa romani dixere piamina patres. Non ergo a febre: sed a februo dicitur februarius: vt dicit Isidorus/ vbi supra.

Expositio Ca. XIII

A Quomodo nec b iuno quę cum ioue suo iam ⁊c. In isto capitulo incipit beatus augustinus tangere mala quę romãi sunt passi: non obstante defensione deorum suorum: ⁊ specialiter quę contigerunt tempore romuli conditoris vrbis romanę. Et tangit duo mala: quorum primuz fuit interfectio affinium ⁊ consanguineorũ: secundum fuit interfectio sociorum: quod tangitur ibi: Deinde titum ⁊c. Tangit autem in principio fauorem deoruz/ quem iactabant se habere tam iouis quam iunonis quam veneris. De iunone vero ⁊ ioue dicit sic: b ¶ Quomodo nec iuno quę cum ioue ⁊c. Hoc dicit: quia iuno fingitur esse soror ⁊ coniunx iouis: ipsam vero licet quandoqꝫ habuissent iratam/ propter iudicium Paridis troiani quod tulit cõtra ipsam ꝓ venere: sicut dictuz fuit. s. li. i. ca. iii. tamen iam dicunt eam habere fauorabilem sibi. Fingit enim Uergilius lib. xii. ęneid. ꝙ

a fouebat romanos rerum dominos gentemque togatam: nec venus ipsa eneadas suos potuit adiuuare: ut bono et equo more coniugia mererentur: cladesque tanta irruit huius inopie: ut ea dolo raperent moxque compellerentur pugnare cum socceris: et misere femine nondum ex iniuria mariitis conciliate: iam parentum sanguine dotarentur. At enim vicerunt in hac conflictatione romani vicinos suos. Quanti et quam multis vtrinque vulneribus ac funeribus: tam propinquorum, quam et confinium iste victorie constiterunt? Propter vnum cesarem socerum: et vnum generum eius pompeium: iam mortua cesaris filia vxore Pompeij: quanto et quam iusto do-

Quādiu eneas et socij tenuerūt nomē troianū: et vocati sunt troiani, habuerūt iunonē sibi aduersantē: sz postq̄ relicto illo noīe vocati sunt latini habuerūt eā ꝓpitiā. a ¶ Romanos rex dn̄os ꝛc. Iste v̄sus ē

Eneidos. j. Vergilij li. j. eneidos. Vocati sunt aūt romani togati a toga q̄ est vestis q̄ antiq̄ romani vti solebāt in pace fm Papiā: q̄ diuersa genera togarū distinguit. Et sicut dicit. A. gellius romani p̄mo sine tunicis toga sola amicti fuerunt. b ¶ Nec venus ipsa eneadas ꝛc. Aeneade sunt romāi geniti ab enea. Hos dicit venus specialit̄ fouisse dupli ci rōne. s. et quia troiani erant: dilexit eī troianos ꝓpter paridē q̄ dedit iudiciū ꝓ ea ꝯ iunonem: vt. s. tactum est: et etiā q2 venus fuit mater enee: sicut supra libro isto cap. iiij. dictū est. c ¶ Ut bono et equo more ꝛc. Hoc dicit Augustinus ꝓpter romulū et socios suos q̄ nō potuerūt habere vxores nisi raperent eas dolose: vt. s. dictum est ca. xvij. lib. ij. ꝓpter quē raptum secuta sunt postea multa bella inter raptores. s. romanos et parentes raptaꝝ: et ita debellabatꝰ inter soceros et generos: q̄ oportuit multos occidi ex vtraq̄ parte. d ¶ Et misere femine ꝛc. Hoc dicit ꝓpter puellas raptas que grauiter valde tulerunt in principio iniuriam sibi factam a romanis. Dicit eī Titus liuius libro p̄mo de vrbis origine: q̄ nō minor erat indignatio raptaꝝ filiaꝝ q̄ parentū. Sed raptores nitebantꝰ se excusare et ascribere totū factū crudelitati parentū: qui ipsis filias suas petētibus in vxores dare nolebant. Et sicut dicit titus: accedebāt et blāditie eoꝝ viroꝝ factū purgātiū cupiditate atq̄ amore q̄ maxime ad muliebre ingeniū efficaces p̄ces sunt: et sic mitigati sunt animi puellaꝝ. Sz parētes statim post raptū filiaꝝ cū sordida veste lacrymātes circūibant ciuitates vicinas: et q̄relis suis eas ꝯcitabant ꝯ romanos. Quāuis aūt maior ps raptaꝝ esset sabinēsiū, erāt tñ et alie rapte alioꝝ locoꝝ. Primo ḡ pugnauerūt ꝯ romanos, hac de causa ceninēses, q̄ in agrū romanum magnū impetū fecerūt vastādo. s. agros eoꝝ. Sed dū vastādo se sparsim diffunderēt, fit eis obuius romulus cū exercitu suo: leuiq̄ certamine docet vanā sine viribus irā esse. Exercitū eī fugat: regē eoꝝ in ꝓlio occidit et spoliat: et duce eoꝝ interfecto ciuitatē capit. Eodē etiā tp̄e antemnantiū exercitus fines romanoꝝ inuadit: quos palantes: id est palā et sparsim vagātes legio romanoꝝ oppressit et opidum eoꝝ cepit. Sz hersilia vxor romuli p̄cibus raptaꝝ fatigata, orat maritū: vt parētibus eaꝝ ignoscat: et in ciuitatē accipiat: id est in ciuiū libertatē. Postea crustumini bellū inferentes romanis, victi sunt. Nouissime aūt a sabinis bellum ceteris grauius romanis illatum est: qui non prius ostenderūt bellum q̄ intulerūt. Et primo arcem capitolij capiūt tali arte. Nam arci p̄erat quidā noīe spurius tarpeius: huius filia ꝓ haurienda aqua arcem exierat: cui titus tacius princeps sabinoꝝ occurrens cum suis, promittit sibi dona si ipsos in arcem introducat: qui ea duce arcē ingressi ipsam mox interficiunt. Occupata igitur arce: postera die cum romanis cōgrediuntꝰ. Hostiū hostiliū ducē exercitus romāoꝝ occidūt: et exercitū vsq̄ ad veterē portā palatij fugāt. Romulus vo et alij romani fugiētes, iouē orāt vt terrorē auferat et fugā sistat: tēplūq̄ ioui romulus deuouit: quē postmodū iouē statorē appellauit: q2 romāos stare fecit in pugna ꝯ sabinos. Resistere eī mox romani ceperūt: et romulus cum ferocissimis suoꝝ impetū in hostes faciēs fugat Sabinos. Et integrato bello ex vtraq̄ parte cepit pars romanoꝝ superior esse: tunc sabine mulieres q̄ rapte fuerant crinibus sparsis et scissa veste inter e acies ipsas et tela volātia medias se ponūt: ex vna parte rogādo parentes et ex alia viros ne sanguine nefando soceri et generi se respergerent: sicq̄ mouēt aīos vtroꝝq̄: et facto silētio duces ad fedus faciendū ꝓdeūt. Nec solū pacē sed etiā vnā ciuitatem ex duabus faciūt: regimē ꝯsociant: et imperiū omne romam cōferūt. Romani vo econuerso, vt aliquid sabinis darent, seipsos quirites a curibus appellant. Fuerant autē sabini cures vocati. Hec ex tito liuio diffusius posui: quia de his factis beatus Augustinus: et in hoc capitulo: et in pluribus aliis locis sepe facit mentionem. Istud etiam bellum et pacē describit historice Ouidius lib. iij. de fastis. e ¶ Propter vnum cesarem ꝛc. Hic interponit bellum consimile: videlicet inter Iuliū cesarem et pompeium: quorum cesar fuit socer et pompeius gener: qui mortua filia cesaris. s. Iulia quam desponsauerat pompeius, habuerunt inter se bella fortissima. Vocatus est aūt iste pompeius magnus pompeius: ꝓpter magnitudinem sui laboris: gerat eī bella in oriente cum. xxij. regibus: quos omnes vicit et romanis subiecit. De cuius strenuitate facit etiam Augustinus infra libro. xviij. ca. xlv. mentionem: et de malis etiam que fecit in hierusalem et populo iudeoꝝ. Sed et iulius cesar strenuissimus super omnes mortales sui temporis erat. Decretum autem sibi bellum fuerat a senatu cōtra gallos: quo expleto cum omnes gallos subiugasset: et romam etiā victor reuerteretꝰ: anteq̄ vrbi appropinquaret, petijt sibi alterum consulatum: fuerat eī semel ꝯsul: sed petijt secūdo consul fieri, innuēs petendo q̄ hoc oporteret omnino sibi concedi: sed contradictus est marcello tunc consule: et pompeio et Catone: preceptumq̄ est sibi vt dimissis exercitibus quos habebat ad vrbē rediret: et pompeio ex auctoritate consulis cōmisse fuuc legiones quedam: tanq̄ futuro duci belli contra iulium si arma mouere vellet. Iulius autē per diuersa loca discurrens, etiam vsq̄ in hispaniā, collegit exercitum magnum valde et fortem. Consules autem et totus senatus ac vniuersa nobilitas fugit in greciam: et apud epirum se colligentes statuerunt sibi bellum inferre Iulio si in greciam veniret: quo veniens cesar: et congrediens victus est a pompeio et fugatus, euasit tamen: quia pompeius nocte interueniente insequi noluit. Tūc dixit cesar nec pompeium scire vincere: et illa die tantū se potuisse superari. Postmodū in thessalia dimicauerūt: nec vnq̄ adhuc romane copie in vnū aut maioribus aut melioribus ducibus conuenerūt: totum orbem terrarū

Q facile subijcere

loris instinctu/lucan⁹ a exclamat: Bella per emathios plusq̄ ciui/ b lia cāpos: Iusq̄ datū c sceleri canimus. Vice runt ergo romani vt strage socerorum mani/ bus cruētis ab eorum fi/ liab⁹ amplexus mise/ rabiles extorquerent: nec ille auderent flere patres occisos: ne of/ fenderēt victores ma ritos: que adhuc illis pugnātibus: pro qb⁹ fa cerēt vota nesciebāt. Talib⁹ nuptijs pplm d romanū nō venus/ sz e bellona dotauit: aut fortassis alecto illa in ferna furia iā eis fauē te iunone plus in illos habuit licētię q̄ cum eius ꝑcibus ꝯtra enēā f fuerat excitata. An/ dromache felicius ca ptiuata ē q̄ illa coniu gia romana nupserūt licet seruiles/ tm̄ post ei⁹ āplexus nullū troi/ anorum pyrrhus occi/ dit. Romani aūt soce ros interficiebāt in ꝓ/ lijs: quorum iā filias am plexabantur in thala/ mis. Illa victori sub/ dita: dolere tm̄ suorū mortem potuit/ nō ti/ mere. Illę sociatę bel lantibus parentū suo rū mortes pcedenti/ bus viris timebāt: re/ deūtibus dolebāt: nec timorem habentes li/ berum nec dolorē. Nā ppter interitum ciui/ um/ ppinquorum/ fratrū parētum: aut pie cru/ ciabantur: aut crude/ liter lętabantur victo rijs maritorum. Huc accedebat q̄ vt sunt alterna bellorum: ali/ que parentum ferro amiserunt viros: alię q̄ vtrorumq̄ ferro et parentes et viros. Ne q̄ enim et apud Ro/ manos parua fuerunt illa discrimina. Si/ g quidem ad obsidio/ nem quoq̄ peruen/ tum est ciuitatis: clau sisq̄ portis se tue/ bantur. Quibus do/ lo apertis: admissisq̄

..n facile subiūcere. Tādē post lōgā pugnā fortē vn/ dię fugit vniuersus pōpeii exercit⁹: et ipse etiā fugat⁹ alexādriā egypti petijt: sperās a ptolomęo rege egy pti auxiliū habuisse: sz ipse caput pōpeij abscisum et annulū ei⁹ cesari misit. Postmodū interfecti sunt filij et filia et nepotes pōpeij: et secuta sūt multa bella

Lucanus li. j

in diuersis gētib⁹ et stra/ ges hominum multę: cęsare eos q̄ pōpeio fauerāt ꝑ sequēte: q̄ttuorq̄ annis hoc ciuile bellū indefi/ nēter totū mundū tenu it. Hec extracta sunt ab Orosio li. vj. et Eutro/ pio li. vj. Ideo lucanus q̄ de his bellis historiā verā metrice scripsit/ in pncipio sui libri sic di/ cit: a ¶ Bella p ema thios &c. Nā thessalia vbi maius bellū fuerat ſm Papiā: q̄ndā ema/ thia vocabat: et ideo cā pi emathij vocant a lu cano cāpi thessalię: vel q: emathia interpretat sanguis: et in cāpis illis vbi pugnatū ē effusus ē sanguis multus: ideo cā pos illos vocat emathi os. Bella aūt illa dicit fuisse plusq̄ ciuilia: q: iulius et pōpeius/ nō so lū fuerūt ciues/ sz etiam affines: et ideo plus q̄ ciues. Florus vero in epi tomate de h bello dicit q̄ nō recte ciuile dicit: ac nec sociale: sz nec ex/ ternū: sz potius cōe quoddā ex oib⁹: et pl⁹ q̄ bellum. Scōm hec q̄ bn̄ dicunt illa pl⁹ q̄ ciuilia. Dicit aūt lucan⁹: b ¶ Iusq̄ datū sceleri &c. q: ius ciuilitatis et affinitatis tūc versum ē in scelus: vel q: tūc sub colore iuris fie/ bāt scelera. c ¶ Vicerūt ergo romani &c. Hic redit btūs aug⁹ ad historiā prius tactam de raptu sabinarum. d ¶ Nō ven⁹/ sz bellona &c. Venerē hic excludit vt. s. in hoc caplo fuit tactū: q̄ ven⁹ fauebat romāis pcurās eis pspera. Nuptię aūt de qbus hic fit men tio nō fuerūt psperę: q: fuerūt occasio multorum bello rum. Et ideo dicit q̄ bellona q̄ est dea bellorum: et alio noie dicit pallas seu minerua fecit has nuptias. Et forsan hoc dicit: quia Alexander paris iudiciū dedit cōtra palladē sicut cōtra iunonē: vt dictū fuit. s. li. j. ca. iij. ppter quod et ipsa fuit irata troianis sicut et iu/ no. Et beatus Augustinus hic alludit Vergilio lib. vij. eneid. vbi inducit iunonem turbatam de pace fa/ cta inter regem latinum et eneam: data enee in vxo/ rem Lauinia filia latini. Vnde inducit iunonem cō/ minantem lauinię: q̄ nuptię illę fierent occasio effu/ sionis multi sanguinis et bellorum: dicentē sic: San guine troiano et rutulo dotabere virgo: Et bellona manet te pronuba. In rei veritate propter nuptias illas Turnus rex rutulorum intulit bellum tam regi latino q̄ etiam enee: quia latinus primo spoponde/ rat lauiniam turno: postmodum vero veniente enea dedit eam enee in vxorem. In primo autē bello ru/ tulorum contra latinum et troianos/ interfectus est rex latinus. In secundo interfectus est ab enea turnus. Tertium fuit bellum ex eadem causa sumens originē in quo interfectus est eneas. Propter q̄ dicit iuno: Et bellona manet te pronuba: id est bellona erit pnuba tua: id est medi atrix et pcuratrix nupti/ arum tuarum. Est autē pnuba idem quod pa/ ranympha. s. illa q̄ nu/ bentem viro coniungit. e ¶ Aut fortassis ale cto illa. Hic sciendum q̄ tres finguntur furię deę infernales crinitę serpē tib⁹, q̄ venena q̄ in ho minū mētib⁹ causant. s. appetitū vindictę: opus desiderium: et libidinosę voluptatis amorē. Pri/ ma furia vocat alecto: scda tesiphone: tertia megera. Est aūt alecto nomē indeclinabile: qd̄ interptat faciēs luctum. Et alludit h btūs aug⁹ dictis Vgilij vt. s. Fin/ git enī Vergilius q̄ iu/ no fuit irata ppter pacē supra tactam. s. latini cū enea: intantū q̄ cōmina ta est se velle excitare deos infernales contra troianos. Et dicit q̄ ad mādatum iunonis ale/ cto pmo cōmouit vxo/ rē latini amatā noie cō/ tra eneam: q̄ suasit viro suo q̄ nō daret filiā suā enee: sz frustra nisa est. Postmodū vero alecto cōcitauit turnū et ruti/ los in irā cōtra latinū et eneā: et secuta sunt ma/ la supra tacta. s. effusio

alij patrie

D

sanguis et strages magna bellorum. f ¶ Androma/ che felicius &c. Andromache fuit filia Eetionis re gis thebarum et vxor hectoris. Pyrrhus aūt fuit filius achillis. Achilles vero interfecit hectorē: et pyrrhus priamū. Andromache igit post mortē priami capti uata est: cuius tamen amore captus est pyrrhus in/ tantū q̄ duxit eā in vxorē: et post has nuptias nullum troianū occidit. Quia vero andromache captiuata fu it: btūs aug⁹ amplexus eius dicit seruiles. Nā seru⁹ a seruādo dicit. Qui enī in bellis seruabant ad vitā: serui dicti sunt. Signanter aūt hic facit mētionē de nuptijs andromaches: q: ipsa p eo q̄ nupta fuit pyr rho multū antię ꝯqsita ē enee dicēs: felicius ꝯtigisse sorori suę polyxenę q̄ immolata fuit ad tumulū achil lis a pyrrho: q̄ sibi q̄ Pyrrho nupta fuit: sicut dicit Vergilius lib. iij. eneidos. Et hoc q: sicut idē Ver/ gilius dicit: alteram amans pyrrhus andromachē cuidā famulo in vxorē tradidit. Dicit tm̄ aug⁹ eā felı/ cius nupsisse captiuam pyrrho q̄ romanos sabinis ppter causam supra tactā: et q: nō sunt orta bella ex his nuptijs/ sicut ex illis. g ¶ Siquidem ad obsi dionem &c. Ea que hic narrat beatus Augustinus ꝯtigerūt quādo Titus tacius pnceps sabinorum dolo

C

n occupauit ar/

q̄ occupauit arcē capitolij: ⁊ postmodū pugnauit ꝯ romanos: vt supra in isto capl'o narraui. a ¶ Deinde titū taciū ⁊c̄. Iste titus vt supra dixi: recept⁹ est a romulo in societatē regni: ita ꝙ romulus ⁊ titus si mul regnauerūt: ad qđ romulus necessitate cōpulsus est: vt supra patuit: cuȝ tñ/ sicut dicit aug⁹/ germanū ꝓpriū .s. remū nō posset pati secū regnare. b ¶ Unde ⁊ ipso interfecto ⁊c̄. De interfectiōe tacij narrat Titus liuius libro ꝑmo de vrbis origine: ꝙ postq̄ pax ⁊ societas int̄ romulū ⁊ sabinēses facta est/ ꝯtigit ꝙ laurentes seu lauinēses miserunt ad eū nūcios quos ꝓpinq̄ repulerūt cōtra ius gētiū. Cū vero laurentes de hoc ꝯq̄rerent̄ tacio/ ipse dissimulauit eis facere iusticiā: imo ꝓpinquos defendit. Unñ postmodū cū ipse laurentū ascenderet ad sacrificiū solēne/ a laurētibus interfectus est. Cuius interfectionem romulus nō ita tulit male sicͭ debuit: nā mortē dimisit inultā: ⁊ cū laurentibus fedus habuit: ne deinceps vltio peteretur: ꝓpter qđ videt̄ ꝙ interfectio illa sibi placuit: vt solus posset regnare. Dicit ergo beatus Augustinus ꝙ interfectus est tacius/ vt romulus maior esset deus: irridēdo romanos qui romulum tanq̄ funestū ⁊ impiū deū sibi fecerāt: vt supra lib. ij. ca. xv. Qui ideo maior videbat̄: q2 interfecto Tacio solus regnauit.

E

Additio taco bi passauentij ¶ In h̄ capl'o .xiiij. vocat Augustinus romanos rex dominos gentēq; togatā. Vocantur autē domini rerū ꝓpter diffusum ⁊ ꝑpotens dominium/ quod obtinuerūt quasi ꝑ totum orbem: ꝑcipue in toto occidente. Dicit autem gentem togatā eosdem romanos: nam toga erat vestis ipsoꝝ quo vtebant̄ tempe pacis. Vocat ⁊ Augustinus hic romanos eneadas: quod est nomen patronymicū descendens ab enea.

hostibus intra menia in ipo foro scelerata ⁊ nimis atrox int̄ generos soceroſq; pugna cōmissa est. Et raptores illi etiā supabant̄: ⁊ crebro fugientes intra domos suas ⁊ grauius fedabāt ꝑstinas (q̄uis ⁊ ipsas pudendas lugēdasq;) victorias. Hic eīn romulus de suoꝝ iā virtute desperans/ iouē rogauit vt starēt: atq; ille hac occasione nomē statoris inuenit. Nec finis esset tāti mali/ nisi raptę illę laceratis crinibus emicarēt: ⁊ ꝓuolutę parētibus irā eorū iustissimā: non armis victricibus/ ſ; supplici pietate sedarēt. a Deinde titū taciū regē sabinoꝝ: sociuȝ regni romulus ferre cōpulsus ē: germani cōsortis impatiēs: ſ; q̄ ⁊ istū diu toleraret: q̄ fratrē geminūq; nō ꝑtulit? b Unñ ⁊ ipso interfecto: vt maior deus esset/ regnū solus obtinuit. Quę sunt ista iura nuptiaꝝ: q̄ irritamēta belloꝝ: quę federa germanitatl/ affinitatis/ societatis/ diuinitatis? Quę postremo sub tot dijs tutoribus iura ciuitatis? Uides q̄ta hinc dici ⁊ q̄ multa possent: nisi q̄ sup sunt nostra curaret intentio: ⁊ sermo in alia festinaret.

¶ De impietate belli quod Albanis romāi intulerūt: et de victoria dominandi libidine adepta. Capitulum XIIII

Quid deinde c post numam sub alijs regibus? Q̄to malo/ nō solū suo/ sed etiam romanorum: in bellum d albani ꝓuocati sunt? Quia videlicet pax numę tam longe viluerat/ q̄ crebrę strages romani albaniq; exercitus fuerunt: et vtriusq; cōmotio ciuitatis. Alba namq; illa quam filius enee creauit ascanius: Rome mater proprior ipa q̄ Troia a Tullo hostilio prouocata conflixit. Confligens autē et afflicta est et afflixit: donec multorum tęderet pari defectione certaminuȝ. Tunc

Expo. Ca. XIIII

Quid deinde post numā ⁊c̄. In hoc capl'o enumerat beatus Augustinus mala quę passi sunt romani sub regibus: ⁊ specialiter sub tertio rege romanoꝝ. De malis vero quę passi sunt tempore numę qui fuit secundus rex/ non facit mentionem: q2 ipse solus regum in pace vixit: ⁊ romani sub eo toto tempore eius quiete vixerunt. Et facit in hoc capitulo duo: quia primo enumerat predicta mala: secundo ibi: Uim tamen patiebantur ⁊c̄. ostendit ꝙ dij

k principes romanorum multos enumerat valerius libro quarto/capitulo tertio: scilicet scipionem affricanum/marcum catonem/fabricium/⁊ alios/quorum continentiam describit. a ¶ Que affuit mutio cum dexterā porrexit in flamas. Iste dict⁹ est mutius scevola/de quo augustinus infra libro quinto/capi. xviii. facit mentionē. De ipso etiā titus liui⁹ de vrbis origine libro secundo narrat ꝙ tarquinius superbus vitimus rex romanorū cum esset expulsus ab vrbe/contulit se ad porsennā regē clusinę ciuitatis famosum virū et potentem/petens ab eo auxilium. Porsenna vero veniens cum exercitu valido/dum vrbem grauissima et diutina affligeret obsidione: mutius licentiā petiit a senatu vt castra porsennę adire posset. Qua obtenta peruenit vsq; ad sedem regiam porsennę: vbi scribam regi assidentem occidit. Comprehēsus vero/et ad regis tribunal adductus: fassus est se ciuem romanum/et causa interficiendi regem venisse/et se pro ęquali habere occidere et occidi/dicens: et pati ⁊ facere omnia romanorū esse. Cum autem rex iuberet eum ignibus torreri: vt ab eo plus negocii extorqueretur: mutius extendens sponte manum in ignem eā ibi immobiliter tenuit: donec ipse rex percussus horrore/iuberet eum ab igne remoueri/dicēs: Abi/magis in teipsum ꝙ in me hostilia ausus/liberū hinc te dimitto. Tunc mutius quasi volens regi meritū rependere/dixit sibi: Quod minis extorquere non potuisti/nunc a me sponte accipe: Scito inquit/ꝙ trecēti cōiurati sumus principes iuuētutis romanę: vt te hoc modo inuaderemus: et mea sors prima fuit. Ceteri autē eodem modo vnusquisq; pro suo tempore cum facultas fuerit consimile attemptabūt. Quod audiens rex/considerans magnitudinem periculi/si trecenti iuuenes/qui tanꝙ nihil haberent mori: vitę suę insidiarētur: assidue legatos mittit/qui romanis vltro conditiones pacis ferāt: et firmata pace ab obsidione discessit. Istum mutium pulchre laudat Seneca epistola. lxviii. Sciendum tamen ꝙ augustinus infra libro quinto/capitulo. xviii. dicit eum ideo manum in ignem misisse: quia percussit alium ꝙ intēdebat: intendebat enim percussisse porsennā/et pcussit aliū: ⁊ ideo indignatus manui suę/misit eā in ignē. Et concordat valerius libro tertio/capitulo tertio. b ¶ Que affuit curcio cum se pro patria in abrupta ⁊c. De isto curcio narrat valerius libro quinto cap. vi. et etiam titus liuius libro. vii. ꝙ cum āno ab vrbe condita trecentesimo nonagesimo romę in medio fori terra dehiscens et se aperiēs/specum fecisset profunditatis horribilis: respōsum est a vatibus/ꝙ si romani vellent suam rempublicā perpetuam esse: illud in quo plus possent ⁊ excellerent/illi hiatui deuouerent ⁊ eo ipsum implerēt. Curcius ergo interpretatus romanos et virtute ⁊ armis pręcipue excellere/se in illud antrum armatus ⁊ equo insidens immisit. super quem ciues omnes certatim honoris gratia frumēta iniecerunt. De isto curcio satis clare beatus augustin⁹ infra libro quinto/capitulo. xviii. narrat historiam quā tangit hic. c ¶ Que affuit decio patri et decio filio ⁊c. De istis duob⁹ deciis facit augustinus mentionē infra libro quinto/capitulo. xviii. et valerius libro. v. caplo. vi. Titus vero liuius de vrbis origine libro. viii. de decio patre narrat/ꝙ cum consul esset cum manlio torquato in bello contra latinos/per visionem nocte apparuit decio quidam augusti habitus/dicens ꝙ ex vna parte caderet imperator in bello illo: ex alia parte exercitus/et cui⁹ exercit⁹ imperator se cum exercitu aduerso morti ⁊ diis infernalib⁹ deuoueret/illius exercitus vinceret. Cū igit̃ in prelio postmodū cōmisso sinestrum cornu cui decius pręerat cederet hostibus/deuouit se deci⁹/et exercitum hostium morti ⁊ diis infernalibus his verbis Iane/iupiter/mars/pater quirine/id est romule: bellona/id est dea belli: lares/id est dii patrii: diui iouesiles/id est saltatores iouis: dii idigetes/id est de hominib⁹ facti dii: dii quorū est potestas nostrorū hostium: diiq; manes/id est mortuorū: vos precor/veneror/veniam peto feroq; id est cupio: vt vim/id est potentiam victoriamq; populo romano quiritum/id est qui appellati sunt quirites/prosperetis: hostesq; quiritum terrore/formidine/morteq; afficiatis: Et sicut verbis nuncupaui/id est palam ⁊ quasi in pręsentia testium dixi: ita quoq; pro republica quiritum/et exercitu legionib⁹ ⁊ auxiliariis populi romani quiritum/me cum deuoueo diis/manibus/tellurię legiones auxiliaq; hostiū. Decius vero statim hoc facto armatus in equū insiliēs/se in medios hostes immisit. Visus est autem ipse vtriq; exercitui eo tempore aliquantulum augustior et nobilior ⁊ excellentior ꝙ quisq; ab hominib⁹ videri soleat: statimq; terror qui prius romanos inuaserat latinos inuasit: et decio interfecto cecidit latinorū exercit⁹. De decio filio narrat Titus liuius consimiliter libro quarto de vrbis origine. Ipse enim cum bellum gereretur contra tuscos/in quorum auxilium galli venerant: et ipse iam quarto consul existens videret exercitum cui pręerat gallis cedere: reducens ad memoriā factum patris sui/se simili modo deuouit inferis: et ipso interfecto vicit exercitus romanorū. Narrat autem titus liui⁹ libro. viii. ꝙ consul aut pretor dux exercitus potuit si volebat non seipsum/sed alium militem quemcūq; de legione romanorū scripta pro salute sui exercit⁹ inferis deuouere. d ¶ Quare prudentia/quare sapiētia nulla numinū loca ⁊c. Dicit hic augustinus sapientiam non habuisse numē apud romanos: tamen ipsi mineruam coluerunt/quę est dea sapientię. Sed hoc dicit: quia ipsam sapientiam nō fecerunt deam/sicut fidem et pudicitiā: sed posuerunt mineruam deam sapientię/non sapientiam. Vel loquitur hic augustinus de sapientia stricte ⁊ proprie accepta/prout est noticia diuinorum: minerua vero dicitur dea sapientię improprie accepte: quoniā sapiētia accipitur in omni arte/ex qua quilibet bene sciēs artem aliquam dicitur sapiens in illa arte: minerua autem dicitur dea artium. e ¶ Et fides et pudicitia ⁊c. De numine fidei facit valerius libro sexto/capitulo sexto mentionem. De dea pudicitia fecit etiam beatus augustinus mentionē supra libro secundo/capitulo vigesimosexto/vocās eam cęlestem castitatem: et ostendēs ꝙ turpiter colebatur.

ꝙ fortitudo dea non est: a que affuit mutio cū dexteram porrexit in flammas: b que affuit curcio/cū se pro patria in abruptā terrā precipitē dedit: c que affuit decio patri/et decio filio/cū pro exercitu se vouerūt. Si tamen his omnibus vera inerat fortitudo: vnde modo non agit̃? d Quare prudētia/quare sapiētia nulla numinū loca meruerunt? An quia in noīe generali ipi⁹ virtutes oēs colunt̃? Sic ergo posset ⁊ vn⁹ de⁹ coli: cuius partes ceteri dii putātur. Sed in illa vna virtute e ⁊ fides est: ⁊ pudicitia: que tamen extra in ędib⁹ propriis altaria me

Expo. ca. XXI.

a Hec enim veri dei munera ⁊c. In hoc capitulo reprobat beatus augustinꝰ multitudinē deoꝝ per hoc ꝙ romani duas deas fecerūt/scilicet fęlicitatē ⁊ virtutem: quę deberēt sufficere. Facit aūt mentionē de multis dijs/quorū officia hic exponit: et superius cap. viij. et ca. xj. exposuit.

A

b ¶ Quid doctrinę vel a mercurio ⁊c. Mercurius fingitur deus eloquētię dictꝰ quasi medius currens quia sermo mediꝰ currit inē loquētē ⁊ audientē. Fingit̄ enim deus mercatorum ⁊ furū et nuncius deorum. Minerua vero dicitur dea artiū.

c ¶ Inuocare lucinam. De ista dixi supra caplo. xj. ⁊ est dea parturētiū. quę infantem ꝑmo producit in lucem. Scdm isidorum libro. viij. etymologiarū: lucina est ipsa/quia lucet.

B

d ¶ Vel apollo vel ęsculapiꝰ ⁊c. De istis duabꝰ dixi supra libro. iij. capitulo. xvij.

e ¶ Nec dea rubigo ⁊c. Ista fuit dea de nūero dearum quę obesse poterant non ꝓdesse: sicut de febre ⁊ pallore ac pauore lib. ij. capi. xiiij. dixi: et ideo colebatur ad hoc solum vt nō lęderet: cuius festū celebrabat̄ in aprili ꝭm ouidiū libro iiij. de fastis.

Additio iacobi passauantij

¶ In hoc capitulo vicesimoprimo et pręcedēti mētionem facit augꝰ de dea ꝟtute: de qua expositor nihil dicit. Vbi notādū ꝙ poetę fingunt virtutem esse sororem mercurij: ꝗ sibi dicitur fauisse quādo voluit vxorari: et eius comes indiuidua secum ad apollinem/iunonē ⁊ iouem accessit: ⁊ tandē vt acciperet philologiā in vxorem et suasit ⁊ fauit: vt scribit marcianꝰ in astrologia sua: qui liber alio noīe appellatur de nuptijs philologię et mercurij.

ruerunt. Has deas nō veritas/sed vanitas facit.

¶ Quod vnū non intelligētes deū/virtute saltē et felicitate debuerunt esse contenti: Capitulum XXI

a Nec enim veri dei munera sunt/non ipsę sunt deę. Verūtamē vbi est virtꝰ ⁊ fęlicitas: quid aliud quęrit̄? Quid ei sufficiat/cui virtꝰ felicitasq̄ nō suffic̄? Omnia quippe agenda cōplectitur virtus: oīa obtinenda fęlicitas. Si iupiter vt hęc daret ideo colebatur: quia si bonū aliquid est latitudo regni atq̄ diuturnitas/ad eandē ꝑtinet fęlicitatē: cur nō intellectum est dona dei esse nō deas? Si autē putatę sunt deę: saltē alia tanta deorū turba nō quęreret̄: Cōsideratis enim officijs deorū dearūq̄ oīm: quę sicut voluerunt ꝓ sua opinatiōe finxerunt: inueniāt si possūt aliqd quod ab aliq̄ deo pręstari possit homini habēti virtutem/habēti fęlicitatem. b Quid doctrinę vel a mercurio vel a minerua petendum esset: cū virtꝰ omnia secū haberet?

Octaua veritas

¶ Ars quippe ipsa bene recteq̄ viuēdi virtꝰ a veteribꝰ definita ē. Vnde ab eo ꝙ gręce arete dr̄ virtus/nomē artis latinos traduxisse putauerūt. Sꝫ si virtus nō nisi ad ingeniosum posset venire: quid opꝰ erat deo cautio prē: qui cautos: id ē acutos/faceret; cum hoc posset conferre felicitas? Ingeniosum quippe nasci fęlicitas est. Unde etiā si non potuit a nōdū nato coli dea fęlicitas/vt hoc ei conciliata donaret conferret hoc parentibus eius cultoribꝰ suis: vt eis ingeniosi filij nascerētur? c Quid opus erat parturiētibꝰ inuocare lucinā: cū si adesset fęlicitas non solū bene parerent/sed etiā bonos? Quid necesse erat opi deę cōmendare nascentes/deo vagitano vagientes/deę cunine iacentes/deę ruminę sugētes/ deo statilino stantes: deę adeonę adeuntes/abeonę abeuntes: deę menti/vt bonam haberēt mentem: deo volumno et deę volumnę/vt bona vellent: dijs nuptialibus vt bene coniungerentur: dijs agrestibus/vt fructꝰ vberrimos caperent: ⁊ maxime ipsi diuę fruges: Marti et Bellonę/ vt bene belligerarent: deę victorię/vt vincerent: deo honorino vt honorarentur: deę pecunię vt pecuniosi essent: deo ęsculano et filio eius argentino vt haberent ęream argenteamq̄ pecuniam? Nam ideo patrem argētini ęsculanum posuerunt: quia prius ęrea pecunia in vsu esse cępit/post argentea. Miror autem ꝙ argentinus non genuit aurinū: quia et aurea subsecuta est. Quem deum isti si haberēt/sicut saturno iouem/ita et patri argentino/⁊ auo ęsculano aurinum pręponerēt. Quid ergo erat necesse ꝓpter hęc bona vel animi vel corporis vel externa tantā deorum turbam colere et inuocare: quos neq̄ oēs cōmemoraui: nec ipsi potuerūt omnibꝰ humanis bonis minutatim singillatimq̄ digesti ⁊ deos minutos ⁊ singulos ꝓuidere cum possit: magno faciliq̄ cōpēdio vna dea fęlicitas cuncta conferre: nec solum ad bona capienda quisq̄ aliꝰ/sed neq̄ ad depellēda mala quęreretur? Cur enim esset inuocāda ꝓpter fessos diua fessonia: ꝓpter hostes depellendos diua pellonia: ꝓpter ęgros medicꝰ vel apollo d vel ęsculapius/vel ambo simul quādo esset grande periculū? Nec deꝰ spinēsis vt spinas ex agris eradicaret: nec dea rubigo vt nō accederet e rogaret̄: vna fęlicitate ꝑsente ⁊ tuēte: vt vel nulla mala exorirent̄/vel facillime pellerentur.

C

¶ Octaua veritas/ꝙ ars bene recteq̄ viuēdi virtꝰ a veteribus definita est. Sed oritur dubiū: qr̄ ars est quedā spēs ꝟtutis intellectualis: vt pꝫ per aristo. vj. ethi. ⁊ sic nō videt̄ esse ꝟtutis genus/cū tn̄ in hac diffinitiōe ponat̄ loco generis. Dicitur aūt ꝙ hic augꝰ accipit artē nō ꝓpe ꝓut dicit̄ recta rō factibiliū/sꝫ ꝓ rectitudine: vt pꝫ. et ꝭm illū modū ꝟtꝰ est rectitudo ⁊ regula qua recte viuit̄.

¶ Postremo quid de duabus istis deabus/virtute et fęlicitate tractamus/si felicitas ꝟtutis est ꝑmiū: nō dea/sed dei donum est Si autē dea est: cur non dicatur ⁊ ꝟtutē ipsa

Nona veritas

¶ Nona veritas/ꝙ felicitas nō est dea/ sꝫ dei donum ab extrinseco.

a Quid ergo est rc. Expo.ca.XXII. In hoc capl'o ponit aug' dictū varronis ostēdētis q necessariū sit scire nō solū nomina/sed etiā officia deoꝝ. b Ne faciamus vt mimi rc. Mimi.i.histriones sepe verboles ad risum prouocēt/ multa dicūt que nature rei contraria omnino sunt: et sepe talia in vna oratione connectunt que vt in primo pater aspectu omnino sunt absurda. Sic est sm varronem: si quis petat a libero.i.baccho deo vini/aquam: et a lymphis.i. nymphis/ vinū: que sunt dee aquarū.

Expo.ca.XXIII

c Sed vnde nunc agitur si libri rc. In hoc capitulo reprobat beatus augustinus cultū dee felicitatis quātum ad duo/scilz quantum ad temp' quo romani inceperūt eā colere: et quantū ad locuz in quo eā coluerūt. Quātum ad temp' quidem quia diu post alios deos fuit sibi templū dedicatū: nā lucullus sibi primus edem constituit. Sciēdum autem q duo fuerūt luculli/sicut haberi potest ex orosio libro.vj. et eutropio libro. vj. qui simul cōtemporanei fuerunt et magni duces. Quorū vnus scilz luci' lucini' lucull' pri' cōsul fuit scilicet anno ab vrbe condita sexcentesimo septuagesimosexto: q pugnauit cōtra mithridatem: et gessit bellū mithridaticū: quē tullius in dialogo ad hortensium de multis valde commendat. Alter vero scilicet marc' lucinius lucullus gessit bellum macedonicum: et fuit consul sm Orosium anno ab vrbe condita sexcētesimo septuagesimonono. Sed luci' lucini' lucull' cū maiori gloria triumphauit. Quis vero istorum edem felicitati constituerit / non dicit beatus Augustinus/ nec orosius/nec eutropius: sed quicūq istoruz fuerit patet q diu fuit post vrbem conditam: videlicz plus q̄ sexcentis septuaginta annis: et fuerunt ambo tempore belli ciuilis inter syllam et mariū.

A

B

conferre/quādoquidē etiā virtutē consequi felicitas magna est.

De sciētia colēdorū deorū quā a se varro gloriatur collataz eē romanis. Ca.XXII

a Quid ergo est qđ pro ingēti bñficio varro iactat p̄stare se ciuib' suis? Quia nō solū cōmēorat deos quos coli oporteat a romanis: verūetiā dicit qđ ad quēq pertineat? Quō nihil prodest inqt varro homini alicui' medici nomen formāq nosse: et qđ sit medicus ignorare: ita dic̄ nihil prodesse scire deū esse esculapiū/si nescias eū valitudini opitulari: atq ita ignores cur ei debeas supplicare. Hoc etiam affirmat alia similitudine/ dicēs: Nō modo bene viuere/sed viuere oīno neminē posse/si ignorat quisnam sit faber quis pictor/quis tector: a quo quid vtensile petere possit: quē adiutorē assumere: quē ducē/quē doctorē: Eo mō nulli dubiū eē esserēs ita esse vtilē cognitionē deorū/si sciat quam quisq deus vim et facultatē ac potestatē cuiusq rei habeat. Ex eo eñ poterim' inqt scire quē cuiusq causa deū aduocare atq b inuocare debeam': ne faciam' vt mimi solēt: et optem' a libero aquā/a lymphis vinuz. Magna sane vtilitas. Quis ñ huic gratias ageret si vera mōstraret: et si vnū verum deum a quo essent omnia bona/ et hoib' colēdū doceret?

De felicitate quā romani multorū veneratores deorū diu non coluerunt honore diuino cū pro omnibus sola sufficeret: Capitulum XXIII

c Sed vnde nūc agitur si libri et sacra deorū vera sunt/et felicitas dea est: cur nō ipsa vna que coleret cōstituta est: que posset vniuersa conferre et compendio facere felicem. ¶ Quis enī optat aliqđ propter aliud q̄ vt felix fiat? Cur denique tam sero huic tāte dee post tot romāos principes lucullus edem cōstituit? Cur ipse romul' felicē cupiens condere ciuitatē: nō huic tēpluz potissimum struxit: nec d propter aliquid dijs ceteris supplicauit quādo nihil deesset si hec adesset? Nā et ipse nec prius rex / nec (vt putāt) postea de' fieret/ si hāc deam propitiam nō haberet. e Ut qđ ergo romul' cōstituit romanis deos/ ianū/ iouē/ martē / picū/faunū/ tyberinū/herculē: et si qo

¶ Decima veritas q nullus optat aliqđ propter aliud q̄ vt felix fiat. Et illud dictū videtur esse contra experientiā: qr experimur nos multa considerare/nihil cogitādo de felicitate: et nullus pōt desiderare propter aliquē finē/nisi actualiter cogitet illum finē. Dicit autē q hic videtur aug' accipere felicitatē / pro benesse hois i quo quietatur: et nullus petit aliquid nisi propter aliquod bonū in quo pro tunc quiescit: idcirco talem felicitatē semp intendit. Dicunt tamē aliq q semper intenditur vltim' finis habitualiter lz imperceptibiliter: et videntur vaticinia que nō experimur in nobis.

Decima veritas

d Nec propter aliquid dijs ceteris supplicauit quādo nihil rc. Istud sub interrogatione continuatur cum precedētibus cum vno versu/quāuis in libris cōmuniter stant duo versus/ et male. A

e Ut quid ergo romulus cōstituit romanis deos/ Janū rc. Dicit titus liuius de vrbis origine libro primo/q Romulus instituit sacra Herculi more greco/ sz dijs alijs more albano. Sciēdum q ianus fuit quidaz rex qui regnauit in partibus illis vbi est roma: a quo mons ianiculi dictus est: qui etiam saturnum in italiam profugum secum regnare permisit: cuius festum celebrabant romani primo die ianuarij: a quo et mensis ille ianuari' dictus est. Pic' vero sm eutropiū libro primo fuit filius saturni: de quo infra libro.xviij. caplo.xv. Faunus aūt fuit filius pici et pater latini regis: cuius filiā desponsauit eneas. Et regnauerūt picus et faunus in locis illis in quib' regnauit postea latinus rex filius fauni. Et fuerūt hi duo montiū et agrestes sm ouidiū libro secūdo de fastis. Festum fauni sm ouidium libro secūdo de fast' celebrabat i februario. Tyberinū vero/ qui fuit rex non' post ascaniuz: et submersus in fluuio q tunc albula vocabat/postea quo ab ipso tyberis nomē accepit/deū fecit: forsan credēs eū inter deos transferri B

a alios? Ut quid titus tati' addidit saturnū/opem/solem/lunā/vulcanū/lucē et quoscūq; alios: iter quos etiā deā cloacinā felicitate neglecta? b Ut qd numa tot deos et tot deas sine ista? An eam forte in tāta turba videre non potuit? c Hostili' certe rex deos et ipse nouos pauorem atq; pallorē/ppitiādos nō introduceret si deā istā nosset aut coleret. Presente quippe felicitate oīs pauor et pallor nō ppitiatus abscederet/sed pulsus aufugeret. Deinde qd ē hoc q iam romanū impiū longe lateq; crescebat: et adhuc nemo felicitatē colebat? An ideo grandi' imperiū/q felici' fuit? Nam quō ibi esset vera felicitas vbi vera nō erat pietas?

¶ Pietas est eni vera/verax veri dei cult': nō cultus falsorum tot deorū qt demoniorū. d Sz et postea iam in deoz numerū felicitate suscepta/mag bellorū ciuiliū infelicitas sb secuta ē. An forte iuste est idignata felicitas q et tā sero et nō ad honorē/sed ad cōtumeliā poti' inuitata est: vt cū ea colerek priap'/et cloacina/et pauor/et pallor/et febris: et cetera nō numina colendoz/s crimina colentiū? Ad extremū si cum turba indignissima tāta dea colenda visa est: cur non vel illustri' ceteris colebatur? e Quis eni ferat q neq; iter deos †ɔsentes/qs dicūt in cōsiliū iouis adhiberi: nec inter deos qs selectos vocant felicitas cōstituta est vt tēplū aliqd ei fieret/qd et loci sublimitate et operis dignitate peremineret? Cur enim non aliquid meli' q ipsi ioui? Nam neq; etiā ioui regnū nisi felicitas dedit: si tamē cum regnaret felix fuit: et potior est felicitas regno.

¶ Nemo eni dubitat facile inueniri hominē qui timeat se fieri regez: Null' autē inuenik q se nolit eē felicē. Ipsi ergo dij si p auguria vel qlibet mō eos posse consuli putāt de hac re ɔsulerenk: vtrū vellēt felicitati loco cedere: si forte aliorū edibus vel altarib' iā fuisset loc' occupatus vbi edes maior atque sublimior felicitati ɔstrueret: etiā ipse f iupiter cederet vt ipsum vertice collis capitolini felicitas poti' obtineret. Nō eni qspiā resisteret felicitati/nisi qd fieri nō pōt: qui esse vellet infelix: nullo modo oino si cōsulerek faceret iupiter quod ei fe g cerunt tres dij: mars/termin'/et iuuēt': qui maiori et regi suo nllo modo cedere loco voluerunt. Nam sicut habēt eorum littere cum rex tarquini' capitolium fabricare vellet: cumq; locū qui ei dignior aptiorq; videbak a dijs alienis cerneret hoccupatū/nō audēs aliquid contra eorū facere arbitriū et credēs eos tāto numini/suoq;

¶ Undecima veritas est/q pietas vera ē verax veri dei cultus. Intelligēdum tñ q fm apsm pietas accipik dupliciter. Uno modo p virtute latrie: vt in loco isto. Alio modo p virtute clementie: et sic ibi: Promittētes pietatem per opera bona.

¶ Duodecima veritas/q licet possit faciliter inueniri q rex esse nō velit: tñ impossibile est aliquē inuenire q nolit se esse felicē. Intelligēdū tñ q ista veritas parit istam famosam cōclusionem: q fine vltimo intellecto null' potest nō appetere ipsum: quia illud qd ita conuenit oīb' q nulli pōt nō cōuenire est necessariū: tale autē est illud fm hoc dictū. Dicūt tamē aliq q augustinus intēdit de volitione que est naturalis inclinatio: et nō de volitiōe q est actus elicit'. Et id tamē nō videk valere: quia hic dicit/q aliqs nō potest nō velle/imo nolle honorē regni: eo modo quo nō pōt nolle felicitatē: sz naturalis appetitus est honor: ergo fm illū etiā null' potest nolle. Sed aduertēdum q beat' aug' loquik non solū de nō velle sed de nolle: et ideo ex isto loco nō arguik quin voluntas possit suspendere actū suum nō volendo: sed nō possit elicere cōtrariū volēdo: et videtur intēdere doctor subtilis.

Undecima veritas

Duodecima veritas

1. Timo. 2. c.

alij †ɔsentientes.

F deos trāslatum: et esse numē illius fluminis/cui' vsus romanis valde fuit necessarius. a ¶ Ut quid titus tati' addidit etc. Iste titus (vt patuit supra lib. iij. ca. xiij.) regnauit cū romulo. et prius fuit dux sabinoz: q multos deos addidit/et inter ceteros cloacinam. i. deā cloacarū. b ¶ Ut qd numa etc. Iste numa fuit posterior romulo succedens et immediate in regno. c ¶ Hostili' certe rex. Iste hostili' successit immediate nume: et dict' est tull' hostilius: qui cū bellum haberet cōtra fidenates/sicut narrat titus liui' lib. j. de vrbis origine: et cōfidens de duce albanoz cū eū in auxiliū sui vocasset cū gente sua/dux ipse cū gente sua instāti prelio se subtraxit: percussus igik tullus hostili' timore pauori et pallori tēpla deuouit: vt pauor et pallor a suo exercitu recederēt et hostes iuaderēt. d ¶ Sz et postea iam etc. Hic sciendum q felicitas recepta est i numero deoz tēpore luculli/vt dictū est: q fuit tēpore primi belli ciuilis. s. inter syllam et mariū: sed secuta sūt postea bella pl' q ciuilia/videlz iter iulium cesarem et pompeiū et inter augustum et antoniū etc.

e ¶ Quis eni ferat etc. Sciēdū q poete dixerūt sine consensu deorū iouem nō fulminare: sed tamē per se oia beneficia prestare: vnde qdā erant dij quorū cōsensum iupiter requirebat: et isti erant dij proceres: qui a varrone selecti dicebātur: quos Augustin' vocat deos ɔsentes. f ¶ Iupiter cederet etc. Hoc dicit: q iupiter habuit tēplū in vertice collis capitolini: qd tēplū capitolium dictū est. Dicit āt iouē voluisse cedere felicitati: q felicitas super omnia a quocūq; amak et optatur. g ¶ Quod ei fecerunt tres dij etc. Hic sciēdum q sic narrat titus liui' de vrbis origine libro. j. tarquinius superb' vltim' rex romanorum volens construere templū iouis in suprema parte montis tarpeij/q post ea capitoliu' dict' ē/a capite hūano ibi inuento/cū tēpli iaceret fūdamēta/et intenderet locū Ioui exclusis dijs alijs totaliter deputare/in quo tamen erāt phana multoz deorū aliorum voluit tēpla illorū deoz pphanare: sed de' termin' restitit: vt dicit ouidius: nec voluit suū templū pphanari. De marte et iuuētute/q est dea iuuentutis/nō facit mētionē. Ouidius etiam libro. ij. de fastis vbi agit de festo termini: qd celebrabak in februario: dicit idem.

F Nescio

E a ¶ Nescio quē summanum ꝛc. Iste summanꝰ fuit pluto deus inferni frater iouis maxi/mi: dictꝰ summanꝰ quasi summꝰ inter manes/id est deos inferorū. Huiꝰ fe/stū ẜm ouidiū li. vi) de fastꝭ/celebraba/tur in iunio: cui tē/plū fuit constructū eo tempore quo ro mani bellum gesse runt cōtra pyrrhū regem epirotarū. Unde dicit ouidiꝰ Reddita/quisquis is ē summano tēpla fe/runtur: Tunc cum romanis pyrrhe ti mēdus eras. Huic aūt verbo Ouidij/ F quisquis is est: videt beatꝰ augustinꝰ cō/cordare dicēs: Nescio quē summanū ꝛc. tamē in hoc vi/dentur discordare: quia ouidius dicit templū summano cōstructum tempo re pyrrhi regꝭ: qui fuit diu post reges exactos. Tarquini us vero rex fuit pri us / qui construxit tēplū ioui: de quo dicit hic augustinꝰ ꝙ postꝙ ioui con/structum est tēplū sublime periit fere memoria summa/ni. Sed potest esse ꝙ sicut dicit augu/stinꝰ/ post templū illud solenne iouis minus curauerunt de summano: sic ꝙ fere periit memo/ria eiꝰ. Tempore vero pyrrhi regis romani/volētes ꝙ G memoria eius non periret/sed renoua retur/construxerūt sibi templū nouū.

Additio iaco/bi passauantij In hoc capitulo vi/gesimotertio men/tionem facit augu/stinus de dijs/qui dicuntur cōsentes: qui ad consistoriū vocari dicunt. Hi De nuptijs philologie & mercurij. autē dij nominant a marciano i libro superiꝰ nominato: quos nō oportet hic nominari.

principi voluntate cessu/ros: quia multi erant illic vbi capitoliū cōstitutū est: per auguriū quesiuit/vtrū cedere locū vellent ioui: atque ipsi inde cedere oēs voluerūt preter illos quos cōmemoraui/ martem/ter minū/iuuētutē. Atque ideo capitolium ita cōstructū est/vt etiam isti tres intus essent tam obscuris signis vt hoc vix homines doctis/simi scirent. Nullo modo igitur felicitatē iupiter ipse contēneret: sicut a termi/no/marte/iuuētute contē ptus est. Sed ipsi etiā qui non cesserant ioui/ꝑfecto cederent felicitati: que il/lis regē fecerat Iouē. Aut si non cederent: non id cō temptu eius facerent/sed ꝙ in domo felicitatis vel obscuri esse mallent/ꝙ si/ne illa in locis ꝓprijs emi/nere. Ita dea felicitate in loco amplissimo et celsissi mo constituta disceret ci/ues omnis vnde boni vo/ti petendum esset auxiliū. Ac sic ipsa suadente natu ra aliorum deorum super/flua multitudie derelicta/ coleretur vna felicitas: vni supplicaretur: vnius tem/plum frequētaretur a ciui bus qui felices esse vellēt: quorū esset nemo qui nol let: atque ita ipsa a seipsa pe teretur/que ab omnibꝰ pe tebatur. Quis enim aliqd ab aliquo deo nisi felicita tem velit accipere: vel qđ ad felicitatē existimat per tinere? Proinde si felici/tas habet in potestate cū quo homine sit: habet au/tem si dea est: que tandem stulticia est/ab aliquo eam deo petere/quam possis a seipsa impetrare? Hanc er go deam super deos cete/ros honorare etiā loci di/gnitate debuerūt. Sic enim apud ipsos legitur: Roma/ni veteres nescio quē sum manum cui nocturna ful/mina tribuebant coluerūt magis ꝙ iouem: ad quem diurna fulmina pertinebant. Sed postꝙ ioui templū insigne ac sublime con/structum est: propter edis dignitatem sic ad eum multitudo cōfluxit/vt vix inueniatur qui summani nomen/quod audire iam nō potest/se saltem legisse meminerit. Si autē H felicitas dea nō est: quoniā (quod verū est) munus est dei: ille deus queratur qui eā da re possit: et deorum falsorum multitudo no/xia relinquatur: quam stultorum hominum multitudo vana sectatur: dona dei deos si/bi faciens: et ipsum cuiꝰ ea dona sunt obsti/natione superbe voluntatis offendens. Sic enim carere nō potest infelicitate: qui tanꝙ deam felicitatem colit: et deum datorem fe licitatis relinquit: sicut carere non potest fa me/qui panem pictum lingit: et ab hoīe quī verum habet nō petit.

¶ Qua ratione defendant pagani ꝙ inter deos colant ipsa dona diui na. Capitulum XXIIII

Libet autē eorū ra b tiones considera/re. Usque adeone in quiunt maiores nostros insi pientes fuisse credendum est: vt hec nescirent mune ra diuina esse/non deos? Sed quoniā sciebāt nemi ni talia nisi aliquo deo lar giente concedi: quorum deo rum nomina non inuenie bant: earum rerum nomi/nibus appellabant deos: quas ab eis sentiebāt dari aliqua vocabula inde fle/ctentes: sicut a bello bello nam nuncupauerunt/non bellum: sicut a cunis cuni nam/nō cunam: sicut a se/getibus segetiā/non sege/tem: sicut a pomis pomo/nam/nō pomū: sicut a bo/bus bobonam/non bouē: Aut certe nulla vocabuli declinatione sicut res ipse nominantur: vt pecunia di/cta est dea que dat pecuni am: non omnino pecunia dea ipsa putata ē. Ita vir/ tus que dat virtutē/honor q dat honorē/cō cordia q cōcordiā/victoria q victoriā dat. Ita inquiūt cū felicitas dea dr: nō illa q da/tur/sed numē illud attendit a q felicitas dat. Ista nobis reddita ratione multo facilius

Expositio capi/tuli XXIIII A

Libet autē b eorū ratio/nes ꝛc. In hoc ca pitulo ostēdit bea/tus augustinꝰ quō cultores multorum deorum assignant rationes nominū/ quibus nominant deos suos. Dicūt enim ꝙ nominant eos ab effectibꝰ eo rum. Et hoc dupli citer. Quia quan/doque nomināt deū aliquem a re quam efficit: flectētes ali/quātulū nomē dei a nomine ipsiꝰ rei: sicut a bello bellonā nominant deā bel/lorum. Quandoque vero vtuntur eodē nomine equiuoce: scilicet pro re ipsa quam deus dat et facit: et pro ipso deo vel dea: sicut pecu nia quandoque accipi tur pro ipsa mone ta: quandoque ꝑ dea que monetā dat.

B

tis quorum cor nõ nimis obduruit/persuadebim⁹ fortasse quod volum⁹.

¶ De vno tantū colēdo deo: qui licz nomine ignoretur/tamē felicitatis dator esse sentitur: Capitulum.XXV.

a Si enim iam humana infirmitas sensit/nõ nisi ab aliq̄ deo dari posse felicitatē: ⁊ hoc senserūt hoīes q̄ tam multos colebant deos: in quib⁹ ⁊ ipsum eorū regem iouem: quia nomē eius a quo daretur felicitas/ignorabant: et ideo ipsi⁹ rei nomine quā credebāt ab illo dari/eū appellare voluerūt. Satis ergo indicant nec ab ipso ioue dari posse felicitatē/quē iam colebāt: sed vtiq̄ ab illo quē noīe ipsius felicitatis colendū esse censebant. Confirmo pressus a quodā deo quem nesciebāt: ⁊ eos credidisse dari felicitatē. Ipse ergo queratur: ipse colatur: et sufficit. Repudietur strepitus innumerabiliū demoniorum. Illi nõ sufficiat hic de⁹/cui nõ sufficit mun⁹ eius. Illi inquā ⁊ nõ sufficiat ad colēdum deus dator felicitatis cui nõ sufficit ad accipiendū ipsa felicitas. Cui autē sufficit: nõ enim habet homo quid ampli⁹ optare debeat: seruiat vni deo datori felicitatis: Nõ est ipse quē nomināt iouē: nam si eum datorē felicitatis agnoscerēt: nõ vtiq̄ aliū vel aliā/a quo daretur felicitas noīe ipsius felicitatis inquirerēt. Neq̄ ipsum iouem b cum tantis iniurijs colendum putarēt. Iste alienarū dicitur adulterator vxorū: Iste pueri pulchri impudicus amator ⁊ raptor.

a Si enim iam huma/ Expo.ca.XXV. na ⁊c. In hoc cap. ex ratiõe noim quib⁹ dīa noiantur/arguit beat⁹ augustin⁹ cõtra multitudinē deorū/ pbans duo/videlz eorū impotētiā/⁊ etiā multitudinē esse supfluā. b ¶ Nec ipsum iouē ⁊c.

Hoc dicit augustinus ppter ludos scenicos/q̄ celebrabantur in honorē deorum: ⁊ tamē ibi recitabantur crimīa deorū/et precipue iouis summi. Et hoc patet ex tragedia p̄ma senece: in q̄ dea iuno conqueritur iouis

A de multis pellicib⁹ iouis et earū filijs cõqueritur: tragedie ēo in scenicis ludis recitabantur. De criminib⁹ etiā Jouis dicit Isidorus. viij ethimo. sic: Nunc priuato titulo/id ē singulari/sibi iouē optimū dixerunt: dū fuisset incestor in suis/ impudic⁹ in extraneis: quē modo taurū fingunt/ ppter europe raptū: fuit enim in naui/cui⁹ insigne erat taurus: modo danaes per imbrē aureū appetisse cõcubitū: vbi

B intelligitur pudicitia mulieris ab auro fuisse corrupta: modo in silitudinē aquile fuisse/ ppter quod puerū ad stuprū rapuerit: modo serpētē/quia reptauerit: ⁊ cygnū/quia cantauerit: Et ideo nõ figure iste sunt: sed plane de veritate scelera. Hec isidor⁹. Quātū ad europā de qua loquitur isidorus/sciendum q̄ ipse isid. li.xiiij. dic q̄ europa fuit filia agenoris regis libye .i. africe: quā iupiter ab africa raptam/cretā aduexit: ⁊ tertiā partē orbis ab ei⁹ noīe appellauit. De hoc fabula fingitur/q̄ iupiter cõuersus in bouem pulcherrimū apparuit europe iuxta mare vbi solebat spaciari. Cui⁹ pulchritudinē admirata/⁊ tangēs dorsum eius/cū eū placidū inuenisset/ascendit dorsum eius. Qui statim ingressus mare/transportauit eam in cretā. Opinionē tamē aliam de raptu europe ponit aug⁹ infra lib. xviij. ca. xij. De danae vero de qua loquitur isidor⁹: que scilicz fuit filia acrisij: dixi supra libro .ij. ca. vij. Puer vero quē fingitur rapuisse/fuit ganymedes fili⁹ trois regis troianorū: de quo fingitur q̄ iupiter fecit eū sibi pincernā in celo: qui ⁊ aquari⁹ dicitur: s̄m ouid. lib. iiij. de fastis: de cui⁹ raptu loquitur etiā ouid. lib. x. metamor. Item fingitur de ioue q̄ ipse cõcubuit cū leda vxori tyndari in forma cygni et genuit ex ea duos geminos/scilz castorē ⁊ pollucē. Itē cū alcmena vxore amphitryonis: et genuit ex ea herculem nobilissimū virum.

Addicio faco bi passauantij. ¶ In hoc caplo. xxv. mentionem facit augustin⁹ de adulterijs iouis: vbi quidā expositor dicit/q̄ iupiter cõmisit adulterium cum danę filia acrisij vxore cuiusdam ⁊c. vbi videtur deficere in hoc q̄ dixit eam vxorem cuiusdam: quando iupiter ad eam in specie imbris aurei descēdit. Scd̄m enim fabulas poetarum non habebat tūc temporis virū: sed pater suus acrisius eam incluserat. Quod ⁊ patet per ea que auctores narrāt: dicunt enim q̄ acrisius filiam suā danem a ioue viciatā ⁊ impregnatam in arca pice ⁊ bitumine clausam mari exposuit: vbi perseū peperit. Delata autē in siciliā/et a quodā piscatore inuenta/oblata fuit regi pilunno cū filio suo perseo/quē in arca pepererat ⁊ nutrierat. Quā rex ille in vxorē duxit: ⁊ puerum cum diligētia educari fecit. Cum autē creuisset puer misit eū pilumnus ad gorgonē occidēdum: vt matris amplexib⁹ libere frui posset. Qui alatum equū assumens ad locū vbi erat medusa vna de gorgonibus: que hoīes in lapides ꝯuertere dicebatur/ violauit: et dormientis caput amputauit ⁊c. De ista medusa dicitur infra. In eodē capitulo facit expositor mētionē de alcmena matre herculis. Vbi sciēdū q̄ poete fingunt/specialiter marcianus in libro de nuptijs philologie ⁊ mercurij: ⁊ hieronymus refert in epistola ꝯtra vigilantiū/q̄ iupiter noctē in qua generauit herculē de alcmena vxore amphitryonis/geminauit: vt ex longitudine tēporis/generationis actui deputata/generaretur homo potentissim⁹ robore ⁊ virtute strenuissim⁹. Cum autē tempus pariendi aduenisset (vt narrat ouidi⁹. ix. metamorph.) alcmenaq̄ mater eius in partu per septē dies et noctes ppter magnitudinē fet⁹ nimiū laboraret: inuocabat lucinam ceterasq̄ deas que parturientibus fauere finguntur/vt eius partum facilē redderent. Cū autem lucina inuocata veniret: iuno que alcmenam habebat exosam: q2 pellex iouis erat: et ex eo filiū quē paritura erat cõceperat: subuertit lucinā vt nõ eā iuuaret: sed poti⁹ ne pareret impediret. Unde veniēs lucina ante fores dom⁹ alcmene subsedit: poplitēq̄ dextrum supponens sinistro/ digitosq̄ ambarū manuum inter se complicās et carmina quedā malefica tacita voce dicēs/partū retinuit. Cūq̄ alcmena pre nimio dolore fere periclitaretur: vna ex famulab⁹ assistentib⁹ noīe galātis/vidit lucinā sedētē in forib⁹ pssa voce carmina dicentēm: ⁊ suspicata maleficiū/clamauit vt eā a cõminatiõe maleficij retraheret: o tu q̄cūq̄ es gratare dñe mee alcmene: q2 enixa est. Qd̄ audiēs lucina pauefacta est/surrexitq̄ dissolutis genib⁹ ⁊ manibus ⁊ carminib⁹ interruptis. Et sic maleficio impedito alcmena herculē pepit. Galantis autē decepta lucina risisse fertur: ppter qd̄ irata lucina/eā p capillos accipiens/⁊ ad terrā psternēs/mox in mustelā mutauit. Que quia ore lucinā (mēdaciū loquens) fefellit

de partu alcmene

de partu Alcmene ore parit mustela cū tota sua specie: sicut naturales testantur. De ganymede puero rapto a ioue/ ⁊ a/ a lijs q̄ i isto ca. ꝯtinēt: dictū ē supra eo. lib. iiij. et ca. xxv.

a Expo. Ca. XXVI SEd fingebat hec homerus ⁊c. In hoc ca. ponit Aug⁹ rñsionē Tullij ad crimina que Ioui obijciūt: ⁊ reprobat eam. Dicit eñ Tullius hec fuisse ficta ab homero. Cōtra quē dicit Aug⁹: ꝙ in ludis scenicis qui inter res diuinas ponuntur et a diis expetuntur hmōi crimina recitantur/ cantantur ⁊ actitantur: id est per histriones effigiātur gestibus et motibus corporū. Varro aūt posuit ludos scenicos: vt habet ifra ca. xxj. inter res diuias. b Tito latio rustico romano patrifamilias di. ⁊c. Quod narrat hic augꝰ. dicit Titus liuius de origine vrbis/ li. ij. cōtigisse decimo nono āno post reges exactos. Hoc etiam narrat Valerius/ libro p̄mo capitulo. v. qđ hic narrat Aug⁹ ⁊ Titus: videlicet ꝙ cū ludi circenses quodam die debebāt celebrari: quidā paterfamilias seruū suum mane in eodē loco in quo debebāt celebrari/ scꝫ in circo: verberibus cesum duxit ad supplicium/ anteq̄ ludi inciperent/ credēs ꝙ in hoc non derogaret religioni. Sed tñ idem postmodū iupiter cuidā viro latino apparuit in somnis: dicēs sibi ludos illos eo die celebratos displicuisse ꝓpter factuꝫ patrisfamilias: q̄ seruū suum sic eo die et loco tractauit: et nisi culpa illa purgaret instauratione nouoꝝ ludoꝝ: ciuitas ex hoc graue sentiret incom

De ludis scenicis quos sibi dij celebrari a suis cultorib⁹ exegerūt. Ca. XXVI

SEd fingebat hec homerus/ ait tullius: ⁊ hūana ad deos trāsferebat: diuina mallem ad nos. Merito displicuit viro graui diuinoꝝ criminū poeta cō fictor. Cur ergo ludi scenici vbi hec dictitant/ cātitant/ actitāt: deoꝝ honoribus exhibent: inter res diuias a doctissimis cōscribuntur? Hic exclamat cicero non ꝯtra figmēta poetaꝝ: ſ ꝯtra instituta maioꝝ. An nō exclamarēt ⁊ illi: quid nos fecimus? Ipsi dij ista suis honoribus exhibēda flagitauerunt: atrociter imperarūt: cladē nisi fieret ꝑnūciauerūt: quia neglectū est aliquid/ seuerissime vindicarūt: quia id quod neglectū fuerat factū est: placatos se esse monstrarunt. Inter eoꝝ cōmemorat virtutes: et mirāda facta qđ dicam. b Tito latio rustico romano patrifamilias dictuꝫ est in somnis/ i senatum nunciare/ vt ludi romani instaurarentur: quod primo eorum die in quodam scelerato: qui populo spectante ad supplicium duci iussus est: numinibus videlicet ex ludis hilaritatē querētib⁹: triste displicuisset imperiū. Cū ergo ille qui somnio cōmonitus erat: postera die iussa facere nō ausus esset: secunda nocte hoc idem rursus seuer⁹ imperatū est. Amisit filiū: qz nō fecit. Tertia nocte dictū est homini: ꝙ maior ei pena si nō faceret/ immineret. Cū etiam sic nō auderet: in morbū incidit acrem ⁊ horribilē. Tum ṽo ex amicorum sentētia ad magistratus rem detulit: atq; in lectica allatus est in senatū. Exposito q; somno/ recepta continuo valitudine: pedibus suis san⁹ abscessit. Tanto stupefact⁹ miraculo senatus: quadruplicata pecunia ludos censuit instaurari. Quis nō videat qui sanū sapit/ subditos hoīes malignis demonibus: a quorū dominatione nō liberat nisi gratia dei ꝑ Iesum christū dñm nostrum: vi compulsos esse exhibere talib⁹ dijs: que recto cōsilio poterāt turpia iudicari? In illis certe ludis poetica numinum crimina frequentātur: qui ludi cogentibus numinibus/ iussu senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorem pudicicie iouem/ turpissimi histriones cātabāt/ agebant/ placabant: si illud fingebatur: ille irasceretur. Si autē suis criminibus etiā fictis delectabat/ quando colerent: nisi diabolo seruirent? Ita ne iste romanum conderet/ dilataret/ conseruaret imperiū: quouis romano ciui displicebant talia homine abiectior? Iste daret felicitatē/ qui tam infeliciter colebat: nisi ita coleretur/ infelicius irascebat.

De tribus generibus deorū: de quibus sceuola pōtifex disputauit. Capitulum XXVII

c RElatum est i litteris doctissimū pontificem sceuolam disputasse: et tria genera tradita deorum: vnum a poetis: alterum a philosophis: tertium a principibus ciuitatis. Primum genus nugatorium dicit esse: ꝙ mul

modum. Precepit igitur illi viro latino, vt hoc consulib⁹ nūciaret: qui punitus ē propter negligentiā ⁊ contemptus: sicut hic recitat Aug⁹: et patet littera. De ludis circensibus quales sint: dictuꝫ est supra libro primo ca. xxxij. Et notandū ꝙ q̄uis ludi de quibus hoc mirabile narrat fuerint circenses ꝑm Titum liuiū et Valeriū: ludi ṽo in quibus turpia recitabātur fuerint scenici et nō circenses: tamen Aug⁹ ꝓ eodē habet quantū ad ꝓpositum ꝑtinet vtrosq; ludos qz vtriq; a dijs expetiti sunt: ⁊ i ludis scenicis recitabant turpia: in ludis ṽo circēsibus exercebātur quedā que videbant insania: et generaliter oēs ludi eorū reꝓhēsibiles erāt. Vñ dicit Isid. libro. xviij. etymologiarum: loquens de ludis gentiliū. Hec quidē spectacula demonū iussis instituta sunt: ꝓinde nihil debet esse christiano cuꝫ circensi insania/ cum impudicicia theatri: cum amphitheatri crudelitate: cum atrocitate arene.

c Expo. ca. XXVII RElatum ē in litteris doctissimuꝫ pontificem ⁊c. In hoc capitulo reprobat beatus Augustinus doctores romanoꝝ: q̄ nitunt ipsam veritatem de dijs ab eorū cultoribus celare: et falsitatibus quibusdā seducere: quales erant sceuola pontifex et Varro: qui de dijs multa scripserūt falsa in excusationē deoꝝ: quos tamē excusare nō possunt q̄ diu ludi auctoritate maiorum dijs celebrabant: in q̄bus eorū crimina decantabant. De sceuola de q̄ hic fit mētio: dicit a

 ꝟ valerius

B valerius lib. viij. cap. viij. cum bene ac diu iura ciuium et cerimonias deorũ ordinasse. a ¶ Superflua nõ nocent. Solent dicere iurisperiti/q abundans cautela non nocet: quia de superabundanti põt quis accipere illud quod est sibi necessariũ/et residuum si videat relinquere.

¶ In hoc capitulo vigesimoseptimo augustinꝰ mentionem facit de hercule. De quo nota preter ea que dicta sunt supra ab expositore/et que dicentur infra de duodecim eius laboribus: q cum alcmena geminos peperisset: herculem videlicz ex ioue/et iphiclũ et amphytrione viro suo: iuno volẽs scire qs eorũ eet filiꝰ iouis/misit duos serpentes ad cunã i q̃ iacebat. Quos iphiclꝰ expauescẽs de cuna mox cecidit/et vagitu nutrices et parentes excitauit. Accurrentes autem inuenerunt iphiclũ in terram cecidisse/ herculem vero pollicibus serpentes prementem: et quo cognitus est esse filiꝰ iouis/cui non possent nocere nocentes: vt dicit Marcianus vbi supra.

Additio facobi passauantis

ta de dijs fingant idigna. Secundum nõ congruere ciuitatibus q habeat aliqua superuacua/aliq̃ etiã que obsint populis nosse: De superuacuis non magna causa est. Solet em̃ z a viris peritis dici: superflua nõ nocent. Que sunt autẽ illa/que plata in mul b titudine nocẽt? Hec inqt nõ esse deos herculẽ/esculapiũ/ castorem/pollucẽ. Proditur em̃ a doctis/q homines fuerint/et humana conditione defecerint. Quid aliud q̃ q eoꝝ qui sint dij nõ habebãt ciuitates vera simulacra/q verꝰ deus nec sexũ habeat/nec etatẽ/nec definita corporis mẽbra? Hec pontifex nosse populos nõ vult: nã falsa esse non putat. Expedire igitur existimat falli in religiõe ciuitates. Quod dicere etiã in libris rerum diuinarũ ipse varro nõ dubitat. Preclara religio/q̃ cõfugiat liberãdꝰ infirmꝰ: z cum veritatẽ qua liberetur inquirat/credat ei expedire q fallat. Poeticuz sane deorũ genus cur sceuola respuat eisdẽ litteris non taceat: quia sic videlz deos deformãt/vt nec bonis hominibꝰ comparent: c cum alium faciant furari/aliũ adulterari. Sic item inquit aliquid aliter turpiter atq; inepte dicere aut d facere: tres inter se deas certasse de premio pulchritudinis: victas duas a vene e re troiam euertisse: iouem ipsum conuerti in bouem aut cygnũ/vt cum aliqua cõcumbat: deam homini f nubere: saturnũ filios de g uorare. Nihil deniq; posse cõfingi miraculorũ atq; vitiorum quod non ibi reperiat: atq; a deorũ natura longe absit. C O sceuola pontifex maxime/ludos tolle si potes: precipe populis ne tales honores dijs mortalibus deferant: vbi crimina deoꝝ libeat mirari: et que fieri possunt placeat imitari. Si autem tibi respõderit populꝰ: vos nobis importastis ista pontifices: deos ipsos roga/ quibus instigãtibus ipsa iussistis: ne talia sibi iubeant exhiberi. Que si mala sunt: z ꝓpterea nullo modo de deorũ maiestate credenda: maior est deorum iniuria: de quibus impune finguntur. Sed non te audiunt: demones sunt: praua docẽt: turpibꝰ gaudent: non solum nõ deputant iniuriã si de illis ista fingãtur: sed eam prorsus iniuriam ferre nõ possunt/ si per eorum solennia non agantur. D Iam vero si aduersus eos iouem iterpelles: maxime ob eam causam/quia eius plura crimina ludis scenicis actitant: nonne etiam si deum iouẽ nuncupatis a quo regitur totus atq; administratur hic mũdus: eo illi fit a vobis maxia iniuria q cũ eũ istis colendũ putatis: corũq; regẽ esse ꝓhibetis?

b ¶ Hec inquit nõ esse deos ꝛc. Hic tangit augustinus ea que sceuola docuit esse in dictis philosophoꝝ superflua: videlz q herculẽ z castor z pollux: de quibꝰ supra ca. xxv. dixi. Similiter esculapius de quo supra libro. iij. ca. xij. dixi: et tales non erãt dij. Aliud est superfluũ/videlicet q eorũ q̃ sunt dij veri/ ciuitates nõ habent simulacra conueniẽtia: eo q dij non habent sexus/nec masculinum nec femininũ: nec etatẽ iuuenilẽ/ nec senilẽ/nec corporis mẽbra/ sicut simulacra representant. c ¶ Cum alium faciũt furari: scilicz mercurium: quem fingũt deum furũ: aliũ adulterari/sicut iouẽ z martem: vt superius in hoc libro dictum fuit.

d ¶ Tres inter se deas certasse de premio ꝛc. De isto certamine
B dearum dixi supra libro. j. cap. iij. et libro. iij. ca. xxv.

e ¶ Iouem ipsũ cõuerti in bouẽ aut cygnum ꝛc. De istis que tãgũt iouẽ dixi supra capitulo. xxv.

f ¶ Deam homini nubere. De h dixi supra libro. iij. capitulo. iij.

g ¶ Saturnum filios deuorare. Hãc fabulam narrat Ouidius libro sexto de fastis. Isidorus ꝯo libro octauo etymologiarum dicit/q saturnus a temporis longitudine dicitur: eo q saturetur ãnis. Unde greci dicunt ipsum esse tempus: quod filios suos deuorat: hoc est annos quos producit in se reuoluit: vel quia semina vnde oriuntur iterum redeunt. De hoc augustinus infra libro. vj. caplo. viij.

In isto etiam capitulo dicit augustinus furari et adulterari deos: vbi expositor dicit mercurium esse deũ furum. Ubi notãdũ est q nõ solum deus furum/sed z fingitur fur extitisse: sicut patet secũdo metamorphoseos. Narrat enĩ ibi ouidius/q mercurius semel furatꝰ est vaccas Apollinis nemine sciente de furto nisi quodam sene nomine batto/ cui mercuriꝰ vt secretũ teneret/ vaccam promisit. Ille autem promisit/ dicens/ostẽso lapide/lapis iste citius reuelabit q̃ ego. Recedens autem mercurius paululum a sene mutato habitu et figura/et se alium simulans/ ad senẽ redijt: querens vtrum alicubi vaccas vidisset/ q̃s fur de loco sustulerat: et vt ei indicaret/taurum et vaccam promisit. Senex autem rusticus premij ꝓmissione allectus/sub illo monte ait reposite sunt vacce ꝑ furem illum. Mercurius autem videns senis inconstantiam/prorupit in risum/et ait: Mihi ipsi cui promiseras furti secretum tenere/promissionem nõ seruans vt iuraueras/reuelasti: et mox prefatum senem

vt in lapidem

in lapidem transmutauit. Item vaccam in quam Io filia Inachi a ioue fuerat trāsformata/ argo qui centuʒ oculos habuisse fingitur: p iunonē sibi cōmendatam furatus ē: argo pulso/ et suauitate cythare soporato. Cuius Argi oculos Iuno fingitur postq̄ occisus fuerat a Mercurio in caudā pauonis auis in suam tutelaʒ cōmendare/ posuisse. Deos autē adulterari nō solū dicit Augustinus propter Iouem: vt expositor dicit: sed ꝓpter alios deos: Martem scilicet/ qui cum venere: Phebū qui cum clymene matre phaetōtis/ Coronide matre Esculapii: leucothoe filia orcami: Mercurium qui cum Venere/ et herse puella sorore aglauros: Neptunoʒ cum medusa Phorci filia et cenei puella: et preter selectos deos. Herculem/ et plures alios adulteria ꝛ stupra cōmisisse ferūtur vel fīguntur. Deam vero homini nubere dicit propter venerē: que

A

Ar. 8 ceteris Anchise patri Enee iuncta dicitur/ vt enee am generaret: vel ꝓpter Egeriam nymphā que nume pompilio fertur copulata siue ꝓpter thetydem peleo patri Achillis nuptam ꝛc̄.

B

¶ An ad obtinēdū dilatandumq̄ regnū profuerit romanis cultus deorū. Capitulum XXVIII

a Nullo igit̄ modo dii tales qui his talib⁹ placant̄/ vel potius accusant̄ honorib⁹: vt maius sit crimen q̄ eis falsis oblectātur/ q̄ si de illis vera dicerent̄/ romanū imperiū augere ꝛ conseruare potuissent. Hoc enī si possent: grecis potius donū tam grande conferrent: q̄ eos in huiuscemodi rebus diuinis/ hoc est ludis scenicis honorabili⁹ digniusq̄ coluerūt: qui ꝛ a morsib⁹ poetarū quib⁹ deos dilacerari videbāt se nō subtraxerūt: dādo eis licentiā male tractādi holes quos liberet: et ipsos scenicos nō turpes iudicauerūt/ sed dignos etiā ꝑclaris honoribus habuerūt. Sicut aūt potuerūt aureā pecuniā ha b bere romani/ q̄uis deuʒ aurinum nō colerent: sic ꝛ argenteā habere potuerunt et eream: si nec argentinū nec eius patreʒ colerent esculanuʒ: ꝛ sic omnia q̄ retexere piget. Sic ergo ꝛ regnū inuito quidem deo vero nullo mō habere possent: diis vero istis falsis et multis ignoratis siue contemptis: atq̄ vno illo cognito ꝛ fide sincera ac moribus culto: et meli⁹ hic regnū haberent quantū cunq̄ haberent: et post hoc acciperēt sempiternū: siue hic haberēt siue nō haberent.

Expositio Capituli. XXVIII

a Nullo igitur modo dii tales qui talib⁹ placantur vel potius accusantur honoribus vt maius sit crimē ꝛc̄. In hoc capitulo ꝯcludit beat⁹ Aug⁹ et prius ostensis/ q̄ dii multi nō potuerunt augere imperiū. Et hoc etiam cōfirmat: quia si potuissent/ poti⁹ auxissent imperiuʒ grecorum: quia greci ludis scenicis deos melius coluerūt: sicut supra libro. ii. ca. xiii. ostendit beatus Augustin⁹. b ¶ Quāuis deum aurinum non colerent ꝛc̄. De deo esculano: id est deo eris/ et deo argentino et aurino

dicit Augustin⁹ supra libro isto capitulo. xxi.

c Nam illud quale est quod pauloante ꝛc̄. Expo. Ca. XXIX. In hoc ca. reprobat beatus augustinus augurium vel auspicia romanorum et precipue auspicium illud de quo superius libro isto capitulo. xxiii. dictum est. Vocatur autem auspicium diuinatio que solet fieri in principio alicuius operis: seu anteq̄ inchoetur opus de euētu futuro: ꝛ solebat iudiciū de euētu futuro sumi ex inspectiōe auiū: ꝛ iō dr̄ auspicium/ quasi auis spicium: id est inspectio auium. Augurium vero dicebatur omnis diuinatio sūpta ex garritu auiū. Auspicium vero dicebatur solum quod fiebat in principio ꝛ vt dictum est: ꝛ ideo auspicium quandoq̄ ponitur pro principio vel inchoatione alicuius rei. Et facit Augustinus hic duo. Quia primo reprobat illud auspicium quo ad sui totalitatem. Secundo ibi. Sed anteq̄ christus venisset ꝛc̄. reprobat ipsum quantū ad omnes sui partes. Reprobat autem ipsum primo indistincte s̄m sui totalitatem dupliciter. Tum/ quia si auspicium illud verum fuisset: tunc habuerunt Iouem pro hoste et aduersario: quia interpretati sūt q̄ ideo mars terminus et iuuentus: id est dea iuuentum non cesserūt Ioui: quia per hoc significatur q̄ romani non cederent hostibus suis. Tum q̄ si auspicium fuit verum: tunc christiani non expulerunt deos: nec etiam artauerunt terminos imperii: et per consequens nō habēt materiam detrahēdi tē-poribus christianis. d ¶ Aliquotiens roman⁹. exercitus fusus est: hoc est versus in fugā ꝛc̄. De hoc dictum est supra libro tertio capitulo. xxvi

A

¶ De falsitate auspicii quo romani regni fortitudo et stabilitas visa est iudicari. Ca. XXIX

c Nam illud quale est quod paulo ante commemoraui/ pulcherrimū auspiciū fuisse dixerunt: martem ꝛ terminū/ et iuuentutē: nec ioui regi deorū loco cedere voluisse: Sic enī inquiunt significatū est martiā gentē: id ē romanaʒ nemini locū quē teneret daturam: romanos quoq̄ terminos propter deum terminū neminem cōmoturum: iuuentutē etiaʒ romanā ꝓpter deam iuuentutē nemini esse cessuram. Videāt ergo quomō habeant istū regem deorum suorū et datorem regni sui: vt ei auspicia ista ꝑ aduersario ponerent: cui nō cedere pulchrū esset: q̄q̄ hec si vera sunt/ non habent omnino quid timeant. Non enī confessuri sunt q̄ dii cesserint christo: q̄ Ioui cedere noluerunt. Salus quippe imperii finibus/ christo cedere potuerunt: et de sedibus locorum: et maxime de cordecredentium. Sed anteq̄ christus veniret in carne: anteq̄ ista deniq̄ scriberentur que de libris eorum proferimus: sed tamen postea q̄ factum est sub rege Tarquinio illud auspicium: aliquotiens romanus ex- d ercitus fusus est: hoc est versus in fugam: falsumq̄ ostendit auspicium q̄ iuuen⁹ illa nō cessent io-

B

a ui: et gens martia superā/tibus atq; irrumpentibus gallis in ipsa vrbe cōtrita b est: ⁊ termini imperij defi/cientibus multis † ab han/nibale ciuitatib' in angu/stum fuerāt coartati. Ita euacuata est pulchritudo auspicioꝝ: remansit con/tra iouem contumacia nō deorum/ sed demoniorū. c Aliud est eñ non cessisse: aliō vnde cesseras redisse. Quāq; etiā postea in oriē d talibus partib' hadriani volūtate mutati sunt ter/mini imperij romani. Ille nāq; tres ꝓuincias nobi/les armeniam/mesopota/miam/assyriā persarū con cessit imperio: vt deus ille termin' qui romanos ter/minos ꝑm istos tuebatur: ⁊ per illud pulcherrimum auspiciū loco non cesserat ioui: plus hadrianū regē hoim q̄ regē deoꝝ timuis se videatur. Receptis q̄q; e alio tempore ꝓuincijs me moratis/ nr̄a pene memo/ria retrorsus termin' cessit q̄n iulian' deorū illoꝝ ora f culis deditus/ immodera to ausu naues iussit incen di: quib' alimonia porta/batur: quo exercitus desti tutus/ mox etiam ipō ho/stili vulnere extinctus/ in tantā est redact' inopiam vt inde nullus euaderet: vndiq; hostibus incursan tib': milite imperatoris mor te turbato/ nisi placito pa cis illic † imperij fines con/stituerentur: vbi hodieq; ꝑsistūt: nō q̄dē tāto detri/ g mento quātum cōcesserat hadrianus/ sed media tan tum compositione defixi. Uano igitur augurio de' termin' nō cessit ioui/ qui cessit hadriani voluntati:

† Alio' ad hannibalem

† alio' imperatoris

G a Et gens martia superātib' ⁊c. Gens roma/na dicebat martia: quia bellicosa fuit: mars autē est deus belli: ⁊ quia romulū cōditorē vrbis romanē di/cerūt ex marte genitū. Quomodo vero cōtrita fuit a gallis/ dictū fuit supra lib. ij. ca. xxij. b Deficiē/tibus mult' ⁊c. De hoc dictū fuit supra li. iij. ca. xix. c Aliud ē eñ non cessisse ⁊c. Hic excludit quan dam responsionē. Possent eñ dice/re/ q̄ termini non cesserunt: quia licet ad tempus termi/ni romani imperij artati fuerint: defi/cientibus aliquib' ciuitatib' a roma/nis: tamen romani postmodū illas re/cuperauerūt. Hāc responsionē exclu/dit beatus augusti nus dicens: Aliud est nō cessisse/ aliud vnde cesserant re/disse. d Hadriani volunta/te ⁊c. Iste fuit eli/us hadrian' q̄ ime diate successit tra/iano i imperio. Tra/ianus ꝟo sicut nar rat eutropius lib. viij. vsq; ad indie fi nes/ et mare rubrū accessit: atq; ibi tres ꝓuincias fecit: armeniam/ assyriā/ et mesopotamiā. Idem fecit de dacia ⁊ alijs multis terris. Hadrian' vero successor eius glorie ⁊ felicitati traiani inuidēs/ armeniam/ assyriam et mesopotamiam reuocauit in pristinum statum: ac finem imperij esse voluit eufra/tem fluuium. Idem de dacia facere cogitauerat: sed amici eius eum deterruerūt/ ne multi ciues romani barbaris traderētur. e Receptis quoq; alio tempore ⁊c. Prouincia vna scilicet assyria videtur fuisse recepta/ id est recuperata tempore marci an/tonij veri imperatoris. De quo dicit eutropi' libro viij. q̄ seleuciam assyrie vrbem nobilissimā cum qua dringentis milibus hominū cepit: parthicū trium/phum egit. Alia vero ꝓuincia scilicet mesopotamia videtur recepta tempore galieni imperatoris: nam eius tempore/ sicut narrat eutropius lib. ix. cum ipe imperator rēpublicā desereret in oriēte odenachū: perse victi sunt defensa syria recepta mesopotamia. Et sic per odenachū in oriente romanū imperiū de/fensum est. Tertia vero ꝓuincia/ scilicet armenia vide/tur recepta tempore diocletiani: nam eius tempore/ sicut narrat eutropius lib. ix. galerius maxim' cum narseo hormisde ⁊ saporis auo i armenia maiore pu gnauit successu ingenti: nam pulso/ id est fugato nar/seo/ castra ei' diripit: vxores/ sorores/ liberos cepit: ⁊ infinitam persarū nobilitatē/ ⁊ ipsum in vltimi re/gni solitudines egit. f Quādo iulianus deo/rum illorū ⁊c. Iste fuit iulianus apostata: qui fuit ꝓpinquus temporib' augustini: ⁊ similiter iouinia/nus/ qui iuliano immediate successit: nam iulian' in/cepit regnare ꝑm orosiū anno ab vrbe condita mille simo centesimo sedecimo: iouinian' vero millesimo centesimo decimoseptimo. Arcadius ꝟo ⁊ honori' quorū temporib' fuit augustin': inceperūt regnare anno ab vrbe condita millesimo centesimo quadra/gesimonono. Et ideo dicit Augustin' hic/ q̄ artatio terminorū imperij depe sua memoria facta fuit: quam ar tationē Iouinian' necessitate ductus fecit: sed iulian' il/lius necessitatis cau sa fuit. De quo iu/liano sciendum/ q̄ iulianus fuit pessi/mus idolatra/ de/mones/ magos/ ha riolos freq̄nter cō/sulens. Unde et cū instaret bellum qd̄ infeliciter gessit cō tra persas: sicut nar/rat socrates in tri/pertita histo. apud carram ciuitatē in templo vbi occul/te sacrificauerat an teq̄ in expeditionē illius belli iret/ in/uēta fuit mulier ca pillis suspensa/ ex/tensis brachijs/ et vtero aperto: in ca/ius iecore victoriā sibi deberi aspexit. In palacio ꝟo suo apud antiochiā in/uēte sunt ciste mul/te plene capitibus mortuorū. Sicut etiā narrat in vitaspa. ipse demo/nem misit in occidētē ad sciscitādū euentū belli: qui precib' cuiusdā heremite decem diebus ꝯtinue in ora tione persistētis/ impeditus est ne ꝓcederet: tamē si cut narrat socrates/ responsum demonis habuit hu/iusmodi: Nunc omnes aggredimur dee victorie tro phea referentes/ circa flumē citen: horū ego dux ero belligerator mars. Et fuerūt ista verba demonis in persona sua ꝓpria ⁊ aliorū demonū. Unde iulianus certus factus q̄ oīa sibi ꝓspere in illa expeditione succederēt: sicut dicit hic augustin'/ immoderato au su naues quib' victualia exercitui suo portabant suc cendit: quasi certus q̄ in terris huiusmodi satis abū daret. Hoc etiā narrat aug'. j. lib. v. ca. xxj. Et sext' dictator idem narrat. Fuerunt aūt naues in flumine eufrate/ quibus iulian' suum traduxerat exercitum/ vt subito ciuitatē ctesiphōtē caperet. Sed sicut nar/rat orosius lib. vij. postq̄ a ctesiphōte castra mouit/ dolo cuiusdā qui ipsum transfugit in desertū ꝑduct' vbi cū vi sitis ⁊ ardore solis atq; insuper labore are/narū confect' periret exercitus/ ⁊ ipe imperator per castra deserta incautius euagatur: a quodam equite hostium sibi obuio conto percussus interijt. Eutro/pius vero qui in illo bello dicit se fuisse presentē/ nar rat lib. x. dum incōsultius bellis se inserit/ hostili ma/nu interfectus est ad. vj. calendas iulij. In vita sancti basilij legit/ q̄ quidam miles nomine mercuri' mor tuus ⁊ sepultus a beata virgine missus est ad eum interficiēdū: qd̄ ⁊ fecit. g Nō quidē tanto de/trimēto ⁊c. Hoc dicit: quia hadrian' tres ꝓuincias sponte dimisit: quarum vna fuit mesopotamia. Iste

G vero solā partē

D vero solum partem vnam Mesopotamie et opiduz prefatum concessit/ per compositionem inter ipsum et regem persarũ. a ❡ Et iouiniani necessitati. Viderunt hec intelligentiores ꝛc. De Iouiniano quia christianus erat: narrat Orosius libro .vii. ꝙ in isto discrimine in quo fuit exercitus romanus a Iuliano in desertis locis derelictus: ipso mortuo creatus est imperator: qui ꝛ locorum iniquitate captus/ et hostibus circumseptus: cum nullam videret euadendi facultatem: fedus cum Sapore rege Persarum/ etsi paruz vt putant dignuz: satis tamen necessariũ pepigit. Ut enĩ ipsum cum exercitu tam ab hostium ꝙ etiam locorum periculo Sapor rex Persarum liberaret: nisibie opidum/ et partem superioris Mesopotamie iouinianus persis concessit.

Roma. i. c.

Additio iacobi passau.

❡ In hoc capitulo xxx. ideo Augustin⁹ nominat Romanos gentem Martiam: quia de Marte nati finguntur: qui pater fuisse Romuli et remi (vt supra habituz est) credebaẽ vel fingebatur.

Expo. Ca. XXX

B b Cicero augur irridet auguria ꝛc. In hoc capitulo beatus Augustinus arguit contra modũ colendi deos per dicta Ciceronis. Et facit in hoc capitulo duo. Quia primo ostẽdit: ꝙ simpliciter loquendo/ auctoritas Ciceronis sit inualida ad aliquid certitudinaliter probandum in hac materia. Secundo ibi: Disputat apud eũ quintus lucilius ꝛc. recitat dicta ipsius que sunt ad propositum: quia sufficientis auctoritatis est apud eos contra quos arguit. Insufficientiam vero auctoritatis dictorũ Tullij ciceronis ostendit dupliciter. Primo quia facta sua repugnant dictis: quia cũ ipse fuerit etiam visus augurijs: tamen irridet auguria. Unde primo libro de diuinatione inducit duos/ scz Carneadem ꝛ panetiũ: velut irrisorie querentes vnde iupiter cornicem a leua/ et coruũ a dextera canere iussisset. Hoc querebant: quia coruus est aptissimus ad auguria: et pretendit felix augurium: cornix vero infelix: si vterqꝫ canat a dextris: si a sinistris/ est econuerso/ secundum opinionem augurum. Secũdo arguit insufficientiam auctoritatis Tullij: quia ipse tanꝙ academic⁹ negat omnẽ certitudinem cognitionis. Dicunẽ autẽ academici philosophi quidam: qui nihil certũ esse dicebant: sic dici ab academia villa platonis: vel ab academia schola platonis vbi incepit philosophia ista. Isti vero fuerunt academici noui: inter quos ꝛ academicos veteres qualis sit distinctio: patet infra libro xix. capitulo .ii. Contra academicos vero istos scripsit Augustinus tres libros. c ❡ Disputat apud eum quintus lucilius balbus in secũdo de deorum ꝛc. Consuetudo Ciceronis est in libris suis inducere alios loquentes: in hoc imitans Platonẽ/ qui idem facit. In secundo igitur libro de natura deorũ inducit quintum lucilium balbum disputantem ꝛ loquentez: cuius verba licet videanẽ dicta in persona quinti lucilij: tamẽ in rei veritate sunt ipsius Tullij. Et sciendũ ꝙ beat⁹ Augustinus in isto capitulo ponit duas auctoritates tullij. Quarũ prima incipit ibi: Videtis ne igiẽ ꝛc. finis e⁹ exclusiue: Ecce iterim ꝛc. Et habenẽ libro .ii. de natura deorum parũ ante finez. Quod autem hic dicẽ: Et cuz ipse superstitiones ex natura rerum ꝛc. est Augustini reprobantis Ciceronez in hoc ꝙ cicero reprobat superstitiones vulgi: et ipsemet tamen multas superstitiones inserit i libris suis: sed eas inserit tanꝙ physicas/ et ex philosophia naturali ortum habentes: quas Augustin⁹ supra libro isto ca. ix. x. xi. xii. et xiii. reprobauit. Superstitio autẽ vocatur omnis cultus superfluus quocũqꝫ mõ superflu⁹: siue ex superfluitate eorũ que colunẽ: siue eorũ que in cultũ assumũtur: siue ex modo assumendi. Hoc enim istud intelligiẽ nomine superstitionis/ vndecũqꝫ nomẽ originẽ habuerit: de quo diuersimode sentiũt scriptores vt infra idẽ dicẽ. Et opponiẽ superstitio religioni: sicut vitiũ quod cõsistit in superabũdantia opponiẽ virtuti: sicut prodigalitas liberalitati. d ❡ Forme enĩ nobis deoruz ꝛc. Hoc dicit Tulli⁹ vel interrogatiue vel ironice: quasi dicẽẽ: Ista sunt nobis ignota. Et ideo qui simulacra ad illorum imitationem faciũt: ꝛ genealogias deoꝝ affirmũt/ male errãt. e ❡ Accepim⁹ enĩ deorũ cupiditates ꝛc. Ea que hic tãgit Tullius accepit ex cõmuni opinione vulgi ꝛ scriptura poetarũ/ que de dijs nõ sunt credẽda. f ❡ Nec vero vt fabule ferunt ꝛc. Reprobat Tullius fabulas poetarũ: qui fingũt deos belligerasse: sicut Homer⁹ fingit de bello troiano ꝙ dij troianoꝝ zelabãt pro troianis

Tulli⁹ de natura deorum

cessit etiam iuliani temeritati/ ꝛ iouiniani necessitati. Viderunt hec intelligentiores grauioresqꝫ romani: sed contra cõsuetudinẽ ciuitatis que demoniacis ritibus fuerat obligata parum valebant; quia ꝛ ipsi etiam si illa vana esse sentiebant: nature tamen rerũ sub vnius veri dei regimine atqꝫ imperio cõstitute: religiosum cultum cui deo debetur exhibẽdum putabant: seruientes/ vt ait apostolus/ creature potius ꝙ creatori qui est benedictus in secula. Huius veri dei erat auxilium necessarium: a quo mitterẽtur sancti viri et veraciter pij: qui pro vera religione morerentur: vt falsa a viuẽtibus tolleretur.

❡ Qualia de dijs gentium etiam cultores eorũ se sentire fateãtur. C. XXX

b Cicero augur irridet auguria/ ꝛ reprehendit homines corui ꝛ cornicule vocibus vite consilia moderantes. Sed iste academicus qui omnia esse contendit incerta/ indignus est qui habeat vllam in his rebus auctoritatem. c Disputat apud eum quintus luciliꝰ balbus in secundo de deorum natura libro: ꝛ cum ipse superstitiões ex natura rerum velut physicas ꝛ philosophicas inserat: indignaẽ tamen institutioni simulacroruz/ et opinionibus fabulosis/ ita loquẽs: Videtis ne igitur vt a physicis rebus bene atqꝫ vtiliter inuentis/ ratio sit tracta ad commendaticios et fictos deos? Que res genuit falsas opiniones erroresqꝫ turbulẽtos/ ꝛ superstitiões pene aniles. d Et forme enĩ nobis deorum et etates ꝛ vestitus ornatusqꝫ noti sunẽ. genera preterea/ coniugia/ cognationes/ omniaqꝫ traducta ad similitudinẽ imbecillitatis humane: nam ꝛ perturbatis animis inducunẽ. e Accepimus enĩ deoꝝ cupiditates/ egritudines/ iracundias. f Nec vero vt fabule ferunt: dij bellis pre-

lijsq; caruerũt. Nec solum vt apud Homerum duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderent: sed etiam cum titanis / aut cum gigantibus sua propria bella gesserũt. Hec et dicuntur et creduntur stultissime: et plena sũt vanitatis / summeq; leuitatis. Ecce interim que confitentur / qui defendũt deos gentium. Deinde cũ hec ad superstitionem pertinere dicat: ad religionez vero quam ipse ꝫm stoicos videtur docere. b Non enim philosophi solum inquit / verumetiam maiores nostri superstitionem a religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur et immolabant / vt sibi sui liberi superstites essent / superstitiosi sunt appellati. c Quis nõ itelligat cum conari / dum consuetudinẽ ciuitatis timet religionem laudare maiorũ: eamq; a superstitione velle seiũgere: sed quomodo id possit non inuenire? Si enĩ a maioribus illi sunt appellati superstitiosi / qui totos dies precabantur et immolabant: nunquid et illi qui instituerunt quod iste reprehendit: deorũ simulacra diuersa etate et veste distincta deorum genera / cõiugia / cognationes? Hec vtiq; cũ tanq̃ superstitiosa culpantur: implicat ista culpa maiores talium simulacrorum institutores atq; cultores: implicat et se d ipsum qui quãtolibet eloquio se in libertatem nitatur euoluere: necesse habebat ista venerari nec quod in hac disputatione disertus insonat: mutire auderet in populi concione. Agamus itaq; christiani domino deo nostro gratias: nõ a celo et terre: si e cut iste disputat: sed ei q̃ fecit celum et terram: qui has superstitiones / quas f iste balbus velut balbutiens vix reprehendit: per altissimã christi humilitatẽ: per apostolorũ ꝑdicationẽ: per fidem martyrũ pro/

contra grecos: et dij grecorũ pro grecis contra troianos: et defendit quilibet partem suam. Unde ex parte grecorum finguntur fuisse Juno et Neptunus: ex parte troianorum Venus cum alijs dijs amicis suis sicut patet per Virgiliuz primo Eneidos in multis locis: et de hoc etiam tactum fuit supra libro primo capitulo .iij. (Homerus in iliade) De bello etiam deorũ cõtra se inuicem pro partibus quas fouebant / facit Virgilius mentionẽ libro .ij. Eneid. Et Ouidius loquens de Hectore troiano .xij. Metamorphoseos / dicit sic. Hector adest secũ q; deos in prelia ducit. Et eodem modo finxerunt poete ꝙ dij bellabãt contra gigantes: qui titanes dicti sunt. Ipsi enim (vt fingitur) volẽtes deos de celo pellere: accumulabãt montes super montes vt in celum ascenderent: sed eos Jupiter fulmine interfecit. Hanc fabulam ponit Ouidius libro sexto de fastis / circa principium. Et Isidorus eã tangit libro .ix. Etymologiarum / capitulo secũdo in fine. Et Solinus vbi loquitur de macedonia dicit: ꝙ rumor est ꝙ in phlegra vbi postmodũ constructum est castrum vel opidum sic appellatum: fuit predicta pugna: eo ꝙ ibi inueniãtur ossa humana enormis magnitudinis: que creduntur fuisse gigantũ: et saxa immania: cũ quibus credãt homines / ꝙ gigãtes celũ oppugnassent. a ¶ Ecce interim que confitentur qui defendunt etc. Ista sunt verba Augustini qui põderat verba tullij. b ¶ Non enim philosophi soluz etc. Hic ponit Aug. aliam auctoritatẽ Tullij: et sunt verba tullij vsq; ad illud exclusiue: Quis nõ intelligat. In quibus docet tullius vnde venit nomẽ superstitionis: et qui primo dicebant superstitiosi. Lactãtius vero lib. vj. institutionũ dicit: ꝙ religio est veri cultus / superstitio falsi. Lucretius vero dicit sic. Superstitiosi vocẽtur / nõ qui filios superstites optãt: omnes enim optamus: sed aut q̃ superstitẽ memoriã defunctorũ colũt: aut qui parẽtibus suis superstites colebãt imagines eorũ domi tanq̃ deos penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebãt: vt in deorũ vices mortuos honorarẽt: quos ex hominibus i celũ receptos putabãt: hos superstitiosos vocabãt: hos vero qui publicos et antiquos deos colebãt / religiosos noiabãt. Unde Virgilius. Uana superstitio veterũq; ignara deorũ. (Eneid. 8.) Hec Lucretius. A. gellius vero libro iiij. dicit sic. Religiosũ est quod propter sanctitatẽ alie-

quã remotũ ac sepositũ est a nobis: verbũ a relinquendo dictũ. c ¶ Quis nõ intelligat cum conari etc. Ista sunt verba Augustini: in quibus ostendit ꝙ Tullius timore ductus nititur laudare religionẽ maiorum .i. antiquorũ et potentiorũ romanorũ: vt eã a superstitione distingueret: cuz tamen nõ posset. Naz ex verbis tullij haberi potest / ꝙ maiores erãt superstitiosi / et nõ religiosi. Volebat autẽ separare religionẽ maiorũ a superstitione: et ideo ostẽdit qui ꝫm maiores dicãtur superstitiosi. Et si tales solũ essent superstitiosi q̃ pro filiis vt sint superstites se immolãt vel dicãt excusari posset a superstitione maiores. Sed quia vt patet in prima auctoritate Tullij ipse vocat superstitiones simulacrorũ institutiões et cõiugia deorũ et huiusmodi in quibus maiores erãt principales: patet ꝙ tullius nõ sufficiẽter excusat maiores a superstitionibus / sed potius accusat. d ¶ Implicat et seipsuz qui etc. Uult aug. dicere: ꝙ Tullius implicat seipsũ superstitionis culpe quia licet videatur loqui libere: id est plenã veritatẽ ꝯtẽptam exprimere contra simulacra deorum: et hoc libros scribendo: tamen in publico corã populi multitudine nõ fuisset ausus talia mutire: nec etiam simulacra nõ venerari. e ¶ Nõ celo et terre / sicut iste disputat etc. Hoc ideo dicit Augustinus: quia Tullius vt supra / in hoc capitulo dixit Aug. cultũ deorũ reducit ad quasdã rationes physicas: qui enim sic faciũt: ponũt iouẽ celũ / et iunonẽ aerẽ / et plutonẽ terrã. Vel iouẽ totius mũdi animã: cuius quasi vna pars in terra: alia in celo sit: vt supra dictũ est i hoc lib. ca. ix. et ca. x. Et iõ illi adorãt celũ et terrã. f ¶ Quas iste balbus etc. Hoc dicit Aug. alludẽdo illi qd dixit in principio huius capituli .s. ꝙ Tullius inducit balbũ disputantẽ in libro de natura deorũ. Est enim hoc nomẽ balbus equiuocũ ad propriũ nomen cuiusdã quẽ Tullius loquentẽ inducit: et ad balbutientẽ. Et innuit augustinus / ꝙ ille fuit balbus nomine et etiã re: id est balbutiens in materia de qua loquebatur.

(Additio loco bi pallanaaci)

¶ In hoc capitulo .xxx. mentionẽ facit aug. de bello qd fuit inter titanes siue gigantes et deos: de q̃ expositor mentionẽ facit / sed semiplene. Propter qd notãdũ ꝙ vt narrat Ouidius .i. metamorphoseos in principio: et alij poete i diuersis locis. Terra irata ꝯ deos siue propter diluuiũ / quo labefacta fuit: siue ex estu quez passa fuit quã-

phaeton filius

phaeton filius phebi suscepit regimen curr⁹ paterni: vel quia phebus occiderat serpentē/ quē terra ꝓduxerat: generauit titanes siue gigantes/ vt suā vlciscerētur iniuriā. Quorū vnus briareus/ alter typheus/ tertius ꝯo egetonta vocabant. Hi dicti sunt titanes id est illuminatores a titanis qḋ est illuminatio: ꝛ dicti sūt illuminatores mūdi ꝓpter suā ꝓbitatem. Uel melius ꝛ ꝓprius dicunt a tisio grece.i. vltione. Nā ad hoc a terra geniti finguntur vt vlciscerent matris iniuriā cōtra deos. Fortissimi eīn fuisse dicunt: qui ex virium magnitudine elati/ montes accumulātes montib⁹: vt dicit ouidi⁹ vbi supra: et virgili⁹. j. georgi. celū conscēdere/ ꝛ inde deos expellere voluerunt. Sed Jupiter cum diis ceteris fulminib⁹ mōtes diruit: et titanes superātes eos in tartara precipitauit. Ex quib⁹ typheum in sicilia infodit resupinum cui⁹ caput et pect⁹ mons etna premit lilybeo monte crura premunt: dextera eius sub monte peloro/ sinistra vero sub monte ē sub iecta pachynno: vt fingit ouidi⁹. v. metamor. vñ egredi sepe conat⁹/ etnam montē/ qui pectori ꝛ capiti eius immi net: crebrī terremotibus cōcutit: et flatu oris sui cinerem et fauillas ignis ex eo erumpere facit. Egetonta autē centū catenis fingitur religasse: post quē thetym siue thetydē aquarū reginam dicit misisse/ ne vllam de catenis dissoluere posset. Dicunt autē quidā/ vt refert papias/ ꝙ apollo ꝛ diana fuerunt de titanibus: sed quia nō fuerunt contra deos/ sed ꝓ eis: ideo inī numina celestia sunt translati: vnde poete sepe vocant solem titanē. Melius tamen dicitur/ ꝙ apollo/ qui ꝛ phebus et diana fuerunt filii iouis ex latona filia cei gigātis: vt fingit Ouidius. vj. metamorphoseos. Dicitur autē titan propter nominis etymologiam: quod interpretatur illuminans vel vlciscens. Sol enim mundum illuminat/ ꝛ vltus fingitur fuisse matris iniuriam/ mox natus occidendo phytonem quem iuno miserat post eam/ vt eam vbiꝗ terrarum persequens ne pareret impediret: vī partū eius deuoraret. Uel quia auus suus ceus/ qui fuit gigas: forte fuit vnus de titanibus: a quo forsitan ipse cognominatur vel denominatur. Dicit autem Isidorus. xviij. cap. ix. etymologiarum/ ꝙ dum iupiter proficisceretur aduersus titanes/ aquila ei in auspicio victorię fuit: quam ille ꝓ indicio victorię acceptam/ tutelę suę auspicatus/ eam legioni signum dedit. Quo factum est vt deinceps militum signis cōmitteretur. Cuius meminit Lucanus dicens: Signa pares aquilas/ et pila minātia pilis. Ora cons signa ab apolline morte phytontis serpētis inchoata sūt: dehinc a grecis et romanis in bello gestari ceperunt. Pilam in signo constituisse fertur augustus propter natiōes in cūcto orbe sibi subiectas: et rotunditate enim figura mūdi ostenditur.

veritate morientiū/ ꝛ cum veritate viuentiū: non solum in cordib⁹ religiosis/ verūetiā in edibus supsticiosis libera suoꝝ seruitute subuerterit.

¶ De opiniōib⁹ varronis: qui reprobata suasione populari: licet ad noticiam veri dei nō puenerit/ vnū tamē deū colēdū esse censuerit: Ca. XXXI.

Quid ipse Uarro/ quē dolem⁹ in reb⁹ diuinis ludos scenicos/ ꝗuis nō iudicio ꝓprio posuisse: cū ad deos colendos multis locis velut religiosus hortet ꝛ Nōne ita confitetur nō se illa iudicio suo sed que ciuitatē romanā instituisse cōmemorat: vt si eam ciuitatē nouam constitueret/ ex naturę potius formula deos nominaꝗ deorū se fuisse dedicaturū non dubitet cōfiteri: Sed iā quoniā in vetere populo esset acceptū/ ab antiquis nominū ꝛ cognominū historiam tenere vt tradita est debere se dicit: et ad eū finē illā scribere ac perscrutari: vt poti⁹ eos magī colere/ ꝙ despicere vulgus velit. ¶ Quibus vbis homo acutissimus satī indicat non se aperire oīa que nō sibi tatū contemptui essent/ ꝫ etiā ipi vulgo despiciēda videretur nisi tacerentur. Ego ista cō b iicere putari debui: nisi euidenter alio loco ipse diceret de religiōib⁹ loquēs: multa eē vera que non mō vulgo scire non sit vtile: sed etiā tametsi falsa sūt/ aliter existiare populum expediat: ꝛ ideo c grecos theletas ac myste

a ¶ Tertiadecla vitas/ ꝙ ꝫm veterē sentētiā nō oīa verba sunt oīb⁹ manifestāda. Istā aūt veritatē declarat auctoritate ꝛ exemplo: qꝛ inducit varronē doctissimū dicentē: ꝙ multa sūt vera que modo vulgo scire nō expedit. Scḋo declarat exēplo: qꝛ greci thelectas. i. sua mysteria taciturnitate ꝗ̄ parietib⁹ ea claudebant. Nā ꝯ dictū ida. eit duo vtilia documēta. Primū est/ ꝙ arcana fidei nō sunt infidelib⁹ reuelanda ꝓpter cōtempt⁹ piculoꝝ. Et ideo beatus andreas mysteriū diuine essentie/ qḋ est arcanū fidei nostre: noluit reuelare ꝓconsuli vt crederet. Si enim greci sua mysteria occultabāt/ ne vilipēderent quanto magis christiani sacramenta diuina. Secundū documētum/ ꝙ difficilis fidei

B Tertiadecliminatio veritas.

Expositio capituli XXXI.

Quid ipse varro quē dolemus i rebus diuinis ludos scenicos/ ꝗuis no iudicio proprio posuisse: cū ad deos colen. ꝛc. In hoc capitulo reprobat beatus augustinus modū colendi plures deos ꝑ auctoritatē varronis: qui ꝯ rebus diuinis multa scripsit: et cuius auctoritas apud Romanos magna fuit. Et adducit ꝯ multa de Uarrone: ex quib⁹ patet ꝙ male sensit de his que tenet vulgus de diis: et quid ipse varro sentiat de deo.

b ¶ Ego ista coniicere putari debui/ nisi euidenter alio loco ipse diceret ꝛc. Uult dicere ꝙ ea que immediate ante dixerat de mente Uarronis: debuerat credi/ ꝙ solum ex coniectura quadam et ꝯ mentem varronis dixisset: nisi ad hoc haberet expresse dictum varronis quod euidenter indicat mentem eius.

c ¶ Et ideo grecos theletas ac mysteria taciturnitate parietibusꝗ clausisse. Thelete sunt purgatiōes quędam: de quib⁹ infra lib. x. ca. ix. pl⁹ dicet. Mysteria vocant sacra secreta. Iste dicit varro grecos taciturnitate et parietibus clausisse. Taciturnitate quidē/ vt non liceret de eis loqui: parietib⁹/ vt nō pateret nisi certis locis ꝛ personis eoꝝ inspectio. Quātū ad taciturnitatē sciēdū/ ꝙ triplex videt fuisse

 causa quare

ria taciturnitate parietibusq̃ clausisse. Hic certe totū consiliū ꝑdidit velut sapiētuʒ: per quos ciuitates et populi regerēt. Hac tamē fallacia miris modis maligni demones delectant: qui et deceptores et deceptos pariter possident: a quorū dñatione nō liberat nisi gratia dei ꝑ iesum christū dñm nostrū.

C Dicit etiā idem auctor acutissimus atq̃ doctissimus ꝙ hi soli ei videant animaduertisse quid esset deus: qui crediderunt eū esse animā, motu ac ratione mundū gubernantē: ac per hoc etsi nōdū tenebat quod veritas habet: deus enim verus nō anima (sed aię quoq̃ est effector et cōditor) tamen si cōtra ꝑiudicia cōsuetudīs liber esse posset: vnū deū colendū fateret atq̃ suaderet, motu ac ratiōe mundum gubernātē: vt ea cū illo de hac re questio remaneret, ꝙ cum nō diceret esse aiam, sed potius animę creatorem.

D Dicit etiā antiq̃s romanos plus q̃ annos centū et septuaginta deos sine simulacro coluisse. Quod si adhuc inq̃t mansisset, castius dij obseruarent. Cuius sententię suę testem adhibet inter cetera etiā gentē iudeam: nec dubitat eū locum ita concludere: vt dicat, qui primi simulacra deorū populis posuerunt, eos ciuitatibus suis et metum dempsisse et errorem addidisse: prudenter ergo existimans deos facile posse in simulacrorum stoliditate contemni. Q̄ vero non ait errorem tradiderunt, sed addiderunt: iam vtiq̃ fuisse etiam sine simulacris intelligi vult errorem.

Quapropter cum solos dicit animaduertisse q̃d esset deus: qui eum crederent animam mundū gubernantem: castiusq̃ existimat sine simulacris obseruari religionē: q̃s non videat quantum ꝓpinquauerit veritati? Si enim aliquid contra vetustatem tanti posset erroris: profecto et vnum deum, a quo mundum crederet gubernari, et sine simulacro colendum esse censeret: atq̃ in tam proximo iuuentus facile fortasse de animę mutabilitate cōmoneretur: vt naturam potius incommutabilē quę ipsam quoq̃ animā cōdidisset, deum

E verum esse sentiret. Hęc cum ita sint: quęcūq̃ tales viri in suis litteris multorum deorum ludibria posuerunt: cōfiteri ea potius occulta dei voluntate compulsi sunt q̃ persuadere conati. Si qua igitur inde a nobis testimonia proferuntur: ad eos redarguendos proferuntur, qui nolunt aduertere de quanta et q̃ maligna demonum potestate nos liberet singulare sacrificium tam sancti sanguinis fusi, et donum spiritus impertiti.

F causę quare volebant demones et sacerdotes deorū occultari theletas et mysteria. Una causa fuit: q̃r facilē poterāt errores cōuinci: si licuisset publice de eis loqui et disputasse. Alia fuit: q̃r inter illa mysteria continebātur origines deorum et verę conditiones eorum quę colebant: puta qualis fuit iupiter, et quis, et quomodo primo incepit coli: et sic de aliis diis. Si vero talia fuissent in populo diuulgata, cōtempsissent deos: et sic fuisset omnis metus deorum ablatus: quod rei publicę et communi conuictui hominū plurimum nocuisset. Et propter hoc sicut dicit titus liuius de vrbis origine libro primo, numa pompilius summe necessariū credebat timorē deorum populo iniciendum. Tertia causa fuit: quia purgationes quasdā faciebant in occulto, et sacrificia quędam nefanda omnino: quę populus horruisset si ad eius noticiam peruenisset. Immolabāt enim in occulto sępissime infantes et mulieres pregnantes, et multa alia horrenda ad placandum demones in occulto fecerāt: sicut patet de Iuliano cęsare supra capitulo. xxix. Et narrat etiaʒ Eusebius de imperatore marctio: qui mulieres nobiles pregnantes ad hoc quęsiuit: et eas medias diuisit: et in extis infantium diuinationes quęsiuit. Et ideo sacerdotes summe cauebant ne ipsorum mysteria et theletę proderentur. Propter quod et simulacrum quoddam erat fere in omni templo, vbi colebatur isis et serapis: quod digito labiis impresso monere videbatur vt silentium fieret: vt scilicet homines eos fuisse taceretur: vt habetur infra libro decimo octauo, capitulo. v. Et sicut dicit beatus augustinus infra libro decimooctauo, capitulo tertio, capitali crimine apud ęgyptios reus fiebat quicunq̃ isidem filiam inachi hominem fuisse dicebat. Et hoc etiam demones ipsi modis variis procurabāt. Unde narrat Macrobius super somnium scipionis de numenio philosopho: qui erat occultorum curiosus perscrutator: ꝙ cū eleusina sacra, id est sacra opidi eleusini interpretando vulgasset: quę fuerunt sacra cereris et proserpinę. De hoc postmodum in somnis acriter correptus est: Nam deę Eleusinę apparuerunt sibi in somno in habitu meretricio, et ante apertum lupanar stātes. Cumq̃ admiraretur quia hoc non videbatur conueniēs numinibus, et causam quęreret: Responderunt sibi deę iratę: se ab ipso habitu pudicitię suę vi abstractas et passim ab euntibus prostitutas. Similiter et apud Romanos valde erant clausa mysteria deorum. Nam refert Ualerius libro primo, capitulo primo, ꝙ Tarquinius rex Romanorum Marcum duumuirum culeo insutum tanq̃ parricidam in mare proiici iussit, eo ꝙ librum suę custodię commissum in quo continebantur secreta sacrorum ciuilium, petronio sabino transcribendum dedisset. Et dicit valerius ꝙ iustissime hoc factum est: quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est.

[illegible]lia fidei non sunt simplicibus pandenda ꝓpter periculū erroris: sicut circa materiam predestinationis: quę minus intelligentibus male potest declarari. Unde dicit Exo. xxi. d. Qui foderit cisternam et nō clauserit eam, cecideritq̃ in ea iumentum, reus erit ad restituendū.

Expositio capi/tuli XXXII

a Dicit etiam de genera/tioib⁹ deoꝝ ⁊c. In hoc cap. osten/dit beatus augusti/nus/quō nō solum demones: sed etiā populorum princi/pes subiectos suos in cultu deorum er/rare fecerunt.

b ¶ Magis ad poetas ⁊c. Di/stinctio inter istos quo ad deorū cul/tum/patet ex his q̄ dicit augustinus su/pra capitulo .xxvij. hui⁹ libri.

¶ Ad quā speciē vti/litatis principes gen/tiū apud subiectos si/bi populos falsas re/ligiōes voluerūt per/manere. Ca. XXXII.

a b Dicit etiā de gene/ratiōib⁹ deoꝝ ma/gis ad poetas q̄ ad physicos fuisse popu/los inclinatos: ⁊ ideo ⁊ se/xum ⁊ generatiōes deorū maiores suos/id est vete/res credidisse romanos: ⁊ eorū cōstituisse coniugia. Quod vtiq̄ nō aliam ob causam factū videtur/nisi quia hominū velut prudē/tium ⁊ sapientiū negociū fuit populū in reli/giōib⁹ fallere: ⁊ in eo ipso nō solū colere/sed imitari etiā demones: qb⁹ maxima est fallē/di cupiditas. Sicut eñ demōes nisi eos q̄s fallendo deceperint possidere non possunt: sic ⁊ hoīes principes nō sane iusti/sed demo/num similes/ea que vana esse nouerunt: reli/gionis noīe populis tanq̄ vera suadebant: hoc modo eos ciuili societati velut arti⁹ al/ligantes: quo similiter subditos possiderēt. Quis aūt infirm⁹ ⁊ indoct⁹ euaderet simul fallaces ⁊ p̄ncipes ciuitatis ⁊ demones.

Expositio capi/tuli . XXXIII

c Deus igitur ille felicita/tis auctor ⁊c. In hoc capitulo augu/stinus concludit ex A p̄ri⁹ ostēsis/q̄ vnus verus deus est: qui dat regna tempo/ralia quibus vult: quādoq̄ iustꝭ: quā/doq̄ iniustis: ⁊ cau/sam quare dat iniu/stis assignat.

¶ De iudicio et pote/state veri dei omniū regū atq̄ regnorum ordinata sint tempo/ra. Capl'm. XXXIII.

c Deus igit̄ ille feli/citatis auctor et dator: quia solus est verus deus: ipse dat re/gna terrena ⁊ bonis ⁊ ma/lis. Neq̄ hoc temere ⁊ q̄si fortuitu: quia deus est: nō fortuna/sed pro rerū ordi/ne ac tempore occulto no/bis/notissimo sibi: cui tamē ordini tempoꝝ nō subditus seruit: sed eum ipse tāq̄ domi/nus regit/moderatorq̄ disponit: felicitatē vero nō dat nisi bonis. Hāc eñ possunt ha/bere ⁊ nō habere seruiētes: possunt ⁊ nō ha/bere ⁊ habere regnātes. Que tamē plena in ea vita erit/vbi iā nemo seruiet vlli. Et ideo regna mundi huius deus bonis ⁊ malis cō/

B muniter prestat: ne boni ea tāq̄ dei magna munera concupiscant. Et ideo regna terre/na et bonis ab illo dantur et malis: ne eius cultores adhuc in prouectu animi paruuli hec ab eo munera quasi magnū aliquid cō/cupiscant. Et hoc est sacramentum veteris testamenti: vbi occultum erat nouum: q̄ il/lic p̄missa et dona terrena sunt intelligenti/bus ⁊ tūc spiritalib⁹/q̄uis nondū in manife/statione predicantib⁹: ⁊ que illis tēporalib⁹ rebus significaret eternitas: ⁊ in qb⁹ dei do/nis esset vera felicitas.

¶ De regno iudeo/rum quod ab vno et vero deo institutum atq̄ seruatum est/do/nec in vera religione māserūt. Ca. XXXIIII

Expositio capi/tuli XXXIIII

d Itaq̄ vt co/gnoscerētur etiā illa terrena bona ⁊c. In hoc capitulo beat⁹ au/gustin⁹ ostēdit quo A modo verus deus manifestauit se es/se dominū omniū tē/poralium/et nō ali/um. Et duo facit: Quia primo osten/dit p̄positum suū per ea que deus fe/cit populo iudaico ipsum fouēdo. Se/cundo ibi: Et si nō Exo. i. e. in eum ⁊c. assignat rationem ⁊ causā quare deus popu/lum illum deseruit ipsum per orbē di/spergēdo. Facit ita/q̄ aug⁹ in hoc cap. de multis diis mē/tionē: quoꝝ nomi/na sm̄ officia eorū su/perius ca. xi. expo/sui. Et patz ex his que hic dicit qō sit vniuscuiusq̄ eoꝝ officium.

d Itaq̄ vt cognosce/rentur etiā illa ter/rena bona quibus so/lis inhiant qui meliora co/gitare nō possunt: ⁊ in ip/sius vnius dei esse posita potestate/non in multorū falsorum quos colendos romani ante crediderunt: populum suum in egypto de paucissimis multiplica/uit: ⁊ inde signis mirabili/bus liberauit. Nec lucinā mulieres ille inuocauerūt quādo earū partus vt mi/ris modis multiplicaren/tur: ⁊ gens illa incredibili/ter cresceret ab egyptiorū p̄sequentiū ⁊ infantes om/nes necare volentiū mani/bus ipse liberauit/ipse ser/uauit. Sine dea rumina suxerūt: sine cunina in cu/nis fuerūt: sine edulica et potina escā potūq̄ sūpserūt. Sine tot diis puerilibus educati sunt: sine diis con/iugalib⁹ cōiugati: sine cultu priapi coniugib⁹ mixti: sine inuocatiōe neptuni mare transeūtib⁹ diuisū patuit: et sequētes eorū inimicos fluctibus in se redeuntib⁹ obruit. Nec consecrauerunt aliquā deam mānā qn̄ de celo māna sumpserūt: nec quādo sitiētib⁹ aquā percus/sa petra p̄fudit/nymphas lymphasq̄ coluerunt. Si/ne insanis sacris martis et bellone bella gesserunt: et sine victoria quidem non vicerunt: non eam tamen deam/sed dei sui munus habuerunt. Sine segetia segetes/sine bobona bo/

¶ In h cap. xxxiiij Additio iaco/bi passauensis et vltimo mētionē facit aug⁹ de nym/phis. Dicebant au/tem nymphe apud gētiles dee aquaꝝ: q̄ sm̄ isid. viij. ety/mo. ca. vi. ⁊ papiā dicunt a nubibus: nā ex nubib⁹ aque Exo. 14. g. descēdūt: vñ nym/phe quasi numina lympharū. Ipsas aūt dicūt ⁊ musas: B nā aq̄ mot⁹ musicē Exo. 16. c. efficit. Harum aūt Exo. 17. b. nympharū apud gē/tiles varia erāt no/mina: nā nymphas mōtiū oreades di/cūt: siluarum drya/des: fontiū hama/dryades: camporū naiades: maris ne/reides. Vel naia/des dicūtur nym/phe dee oīm aq̄rū: nymphe aūt nomē cōe ad oēs.

ues/mella sine mellona/poma sine pomona Et prius oia p quib⁹ tātę falsorū deoꝝ tur bę romani supplicādum putauerūt/ab vno c vero deo multo fęlici⁹ acceperūt. Et si non in eū peccassent impia curiositate:tāq̃ ma/gicis artibus seducti ad alienos deos et ad idola defluēdo/ꝛ postremo christū occiden do:in eodē regno et si nō spaciosiore/tamē fęliciore mānsissent. Et nunc q̄ p oēs fere ter/ras gentesq̃ dispersi sunt:illi⁹ vni⁹ veri dei pu𝔦dētia est:vt q̄ deorū falsoꝝ vsq̃quaq̃ si mulacra/arę/luci/templa euertunt ꝛ sacrifi cia phibent:de codicib⁹ eorū pbet/quēad/modū hoc fuerit tanto ante pphetatum:ne forte cū legeret in nostri/a nobis putaretur esse confictū. Jam qđ sequit in volumine se quēti videndum est:et hic dandus hui⁹ p/lixitatis modus.

Sancti augustini episcopi liber quar tus de ciuitate dei explicit.

Annotatio capitulorū quin/ti libri eiusdem.

¶ Eiusdem diui aurelij augu/stini episcopi de ciuitate dei/li ber quintus incipit.

¶ Causaꝫ romani im perij omniūq̃ regno rum/nec fortuitā esse nec in stellarū positi/one cōsistere. Ca. I

a Boni q om cōstat om niū rerū optā darū plenitu dinem esse fęlicitatē:quę nō est dea/sed donuꝫ dei: et ideo nullū deum colen/dum esse ab hominib⁹ nisi qui pōt eos facere fęlices. Unde si illa dea esset/so/ b la colenda merito diceret

Expositio ca. I.

a Q Uoni am con stat oīꝫ rerꝫ op/tan. ꝛc. Hic inci/pit liber quint⁹:in quo beat⁹ augusti/nus ostendit q̄ fue/rit causa et rō qua/re deus romanorū imperiū auxerit/et auctū cōseruauerit Et habet liber iste vigintiseptē capi/tula. In quorū pri/mo duo facit:quia primo ostendit in/tentionē suam in hoc libro. Secun/do ibi: Causa ergo magnitudinis:incipit suam intētio/nem psequi. b ¶ Unde si illa dea esset/sola co lenda merito diceret. Hoc dicit:quia vt dictum fuit superius libro quarto/romani posuerunt fęlici/tatem deam quandam.

A

a ¶ Romanū imperiū rc. De cuius magnitudine certū ē ꝙ tota europa ⁊ africa ⁊ tota fere asia ꝓ aliq̄ tpe fuerūt ei subiecte. Patet autē expressius eius magnitudo ex ꝓuincijs ei subiectis: de qb⁹ est liber sexti dictatoris romanoꝝ: in quo etiā patz ꝙ nūq̄ habuit dominium simpliciter totius orbis. De diuturnitate ṽo eius vsq̄ ad tēp⁹ augustini dictū fuit lib. iiij. ca. vj.

b ¶ Causa ergo magnitudinis rc. Hic incipit, pìeq̄ suū intētū in hoc libro: et icipit tractare de fato vt ostendat ꝙ augmentū romani imperij non sit fato ascribendū/ sed diuine ꝓuidentie. Et primo ostēdit quid significat nomē fati: et quō a fortuna distinguitur. Secūdo ibi Illi ṽo q̄ positionē stellarū rc. destruit fatū in ea significatōe acceptum/ qua mathematici ō fato loquūtur.

c ¶ Cur enim non hoc ꝑmū dicit rc. Uult dicere beat⁹ augustin⁹ ꝙ si q̄s vult oīa fato attribuere: quia per fatum intelligit dei voluntatē aut potestatē: sicut dicit seneca: vt allegat beatus augustinus infra cap̄lo viij. ipse debet i principio dicere illud qd̄ postea esset dictur⁹/ si interrogaret/ scʒ quid intelligit per fatū. Et causaʒ assignat quare debʒ hoc in principio dicere: qꝛ hoc nomen fatū aliter sonat apud cōmunē vsum loquentiū: dicunt enī mathematici ꝙ fatū est vis positiōis siderū

Prima diuisio quinti libri.

Iā cōsequēter videam⁹ qua causa de⁹ q̄ pōt et illa bona dare que habere pñt etiā nō boni: ac ꝑ hoc etiā nō felices a romanū imperiū tā magnū tāq̄ diuturnū esse voluerit. Quia enī hoc deoꝝ falsorū illa quā colebāt multitudo nō fecit: ⁊ multa iam diximus ⁊ vbi visum fuerit opportunū esse dicem⁹. b Causa ergo magnitudinis imperij romani nec fortuita est/ nec fatalis/ ſm eoꝝ sententiā siue opinionem/ qui ea dicūt esse fortuita/ que vel nullas causas habent/ vel nō ex aliq̄ rōnabili ordine venientes: ⁊ ea fatalia q̄ ꝑter dei ⁊ hoīm voluntatē cuiusdā ordinis necessitate contingūt. Prorsus diuina ꝓuidentia regna constituūtur humana.

¶ Que si ꝓptera quisq̄ fato tribuit: qꝛ ipam dei voluntatē vł potestatem fati nomie appellat: sententiam teneat/ linguā corrigat c Cur enī non hoc ꝑmū dicit qd̄ postea dictur⁹ ē: cū ab illo quisq̄ q̄sierit qd̄ dixerit fatum? Nam id homines qñ audiunt/ vsitata loq̄ndi cōsuetudie nō intelligūt nisi vim positionis siderū: qualis est qñ quis nascitur siue concipit: quod aliq̄ alienant a dei voluntate: aliq̄ ex illa etiā hec pēdere confirmant. Sed illi q̄ sine dei volūtate decerne/

¶ Prima veritas quinti libri/ꝙ ille q̄ diuinā voluntatē appellat fatū: recte intelligit/ nō tñ recte dicit. Ait dicit augustin⁹/ ꝙ talis sententiā teneat sed linguā corrigat. Ex q̄ dicto accipiūt duo moralia documēta. Primū est/ ꝙ fatū non est nisi diuina ꝓscientia/ q̄ habet de reb⁹ in volūtate sua. Et ideo fatū nō est nihil simpliciter. nisi dicat aliō a volūtate diuina Scdm documentum/ ꝙ error nō solū est cauēdus in iētiōe/ sʒ etiā in locutiōe: alioquin ille q̄ recte sentit/ sʒ male ꝓferat: nō esset corrigēdus/ sicut in ꝓposito ipm corrigit aug⁹.

re opinanł sidera qd̄ agamus: vel qd̄ bonoꝝ malorū ve patiamur: ab aurib⁹ oīm repellēdi sunt: Nō solū eoꝝ q̄ verā religionē tenent/ sed q̄ deoꝝ q̄liūcūq̄ licet falsoꝝ/ volūt esse cultores. Hec enī opinio qd̄ agit aliud/ nisi vt null⁹ oīno colatur aut rogeł de⁹? Cōtra quos modo nobis disputatio nō est instituta sed cōtra eos qui ꝓ defensione eorū quos deos putāt christiane religioni aduersantur. Illi ṽo qui positionē stellarū quodāmodo decernentiū/ q̄lis q̄sq̄ sit/ et quid ei ꝓueniat boni/ quid ve mali accidat/ ex dei volūtate suspēdūt: si easdem stellas putāt habere hanc potestatē traditam sibi a summa illi⁹ potestate: vt volētes ista decernant: magnā celo faciunt iniuriā: i cui⁹ velut clarissimo senatu/ ac splendidissima curia opinanł scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset/ generi humano decernente fuerat euertēda. Quale deinde iudicium de hominum factis deo relinquił: quibus celestis necessitas adhibeł: cū domin⁹ ille sit ⁊ siderū et hoīm? Aut si nō dicunt stellas/ accepta quidē potestate a summo deo arbitrio suo ista decernere: sed in talib⁹ necessitatib⁹ ingerendis illius omino iussa cōplere: ita ne de ipso deo sentiendū est/ quod indignissimū visū est de stellarū volūtate sentire. Ꝙ si dicuntur stelle significare poti⁹ ista q̄ facere: vt q̄si locutio quedā sit illa positio/ ꝑdicens futura/ non agens: nō enim mediocriter do ctorū hoim fuit ista

in natiuitate vel conceptione alicui⁹. Sciendū est ꝙ alio modo accipił hoc nomē fatū: nam boeti⁹ li. iiij. de cōsolatōe pħie/ dicit ꝙ mens diuina in sui simplicitatis arce composita multiplicē reb⁹ gerendis modū statuit. Qui modus cum in ipsa diuine itelligētie puritate conspicił/ ꝓuidentia nominał. Cum vero ad ea q̄ mouet atq̄ disponit refertur/ fatum a veterib⁹ appellatur: Nam ꝓuidentia est illa ipsa diuina ratio in summo omniū principe cōstituta qui cuncta disponit. Fatū vero inherens mobilibus rebus dispositio: per quā prouidētia suis queq̄ connectit ordinib⁹ ꝓuidētia nanq̄ cūcta paritł/ q̄uis diuersa queq̄ infinita complectitur: fatum ṽo singula digit in motu locis/ formis ac temporibus distributa: vt hec tēporalis explicatio in diuine mētis adunata ꝓspectu prouidētia sit: eadem vero adunatio digesta atq̄ explicata temporib⁹ fatū voceł. A. gel. vero lib. v. dicit/ ꝙ Chrysippus stoice philosophie princeps diffinit fatum sic: Fatū est sempiterna quedā ⁊ indeclinabilis rerum series et catena: voluens seipsam ⁊ implicās per eternos consequentie ordines: ex quib⁹ apta atq̄ nexa est. Tamen sicut dicit aulus gelli⁹/ chrysippus nō ꝓpter hoc negat liberum arbitriuʒ/ q̄uis ex fato ſm ipsuʒ prouenłat quandoq̄ difficultas ad bonum faciendum. Poete vero fingūt tria fata/ scilicet principium/ mediū/ et finem vite humane. Nam clotho regit principiū/ lachesis medium/ atropos finem

G Sab. a ¶ Mars ita positus &c. Dicebat papa clemens (vt in itinerario eius habetur li. ix.) cum mars centrum tenens in domo sua/ F et tetragono respicit mercurium cum saturno ad centrum: luna sub eo veniente super eum plena/in genesi diurna efficit homicidas et gladio casuros/sanguinarios/ebriosos/libidinosos/maleficos/sacrilegos. Albumasar lib. v. de iudiciis/ vtitur verbo significationis/ dicens tracta. viij. quod mars significat secundum vnam sui partem interfectionem aut latrocinia.

Expo. Ca. ij.

b Cicero dicit hippocratem &c. In hoc capitulo ostendit beatus augustinus vanitatem mathematicorum ponentium fatum per ea que circa duos geminos et eos qui simul nascuntur. Fit autem in hoc ca. mentio de possidonio: cuius etiam dicta aliqua de fato recitat tullius lib. de fato.

A Secunda veritas Tullius libro de fato. Additio facta bi passauantij

¶ In hoc ca. ij. quanti libri facit augustinus mentionem de hippocrate: de quo expositor non dicit aliquid: esset autem de perfectione operis istius/ vt tam de eo quam de omnibus auctoribus auctoritatis de quibus augustinus mentionem facit/narraretur vnde fuerunt/ quo tempore &c. vt de eis noticia haberetur. Nunc autem dicere omitto: quia non vacat: alias habita opportunitate dicetur.

sententia: non quidem ita solent loqui mathematici (vt a verbi gratia dicant) mars ita positus homicidam significat: sed homicidam non facit. Verumtamen vt concedamus non eos vt debent loqui: et a philosophis accipere oportere sermonis regulam: ad ea pronuncianda/ que in siderum positione se putant reperire quod sit (de quo nihil vnquam dicere potuerunt) cur in vita geminorum in actionibus et in euentis/in professionibus/ artibus/ honoribus/ceterisque rebus ad humanam vitam pertinentibus: atque in ipsa morte sit plerumque tanta diuersitas/ vt similiores eis sint: quantum ad hec attinet: multi extranei quam ipsi inter se gemini/ per exiguo temporis interuallo in nascendo separati: in conceptu autem per vnum concubitum vno etiam momento seminati?

¶ De geminorum simili dissimiliq; valitudine: Capitulum. II.

b Cicero dicit hippocratem nobilissimum medicum scriptum reliquisse: quosdam fratres cum simul egrotare cepissent: et eorum morbus eodem tempore ingrauesceret/ eodem leuare tur/ geminos suspicatum: Quos possidonius stoicus multum astrologie deditus/ eadem constitutione astrorum natos/eademque conceptos solebat asserere. Ita quod medicus pertinere credebat ad simillimam tempericm valitudinis: hoc philosophus astrologus ad vim

¶ Secunda veritas quod equalitas euentuum que quoque contigit gemellis/ non est reducenda in corpora supercelestia secundum vniformem complexionem. Quod probatur dicto ciceronis qui dicit hippocratem nobilissimum medicum scriptum reliquisse duos fratres ita conformiter affici: vt simul egrotare inciperent/ et aggrauari simul et alleuiari. Et eam causa tante conformitatis querens: respondit quidam astrologus causam esse constellationem in qua simul nati sunt. medicus autem dixit causam esse vniformem complexionem et nutrimentum idem. Dicit autem beatus augustinus quod

a Utrum ꝛ beatus ꝛ mortalis homo esse possit/magna est inter homines q̄stio. Ca. XIIII. Quidam eñ cōditionem suam humilius inspexerūt: negauerūtq̧ hominem capacem esse beatitudinis posse q̄diu mortaliter viuit. Quidā vero extulerūt se: ꝛ ausi sunt dicere sapiētie compotes: btōs esse posse mortales. Qḋ si ita est: cur non ipsi potius medij cōstituūtur int̃ mortales miseros: ꝛ immortales beatos: beatitudinem habētes cū immortalibus beatis: mortalitatem cum mortalibus miseris? Profecto eñ si beati sunt: inuidēt nemini. Naz quid miserius inuidentia? Et ideo mortalibus miseris q̄tuz possunt ad cōsequendam beatitudinem consulant: vt etiam immortales valeant esse post mortem: ꝛ angelis immortalibus beatisq̧ coniungi.

Bona veritas — Bona veritas: ꝙ nihil est miserius inuidia. Qꝛ autem inuidia sit suprema miseria declarat̃: qꝛ magna miseria est cū quis tristat̃ de malo: qꝛ in tali tristicia cōsistit pena demonū/que ponitur magna. Et maior miseria cū qs gaudet de malo: qꝛ illud malū quod ē cōtra naturā/est maius malū q̄ꝫ illud qḋ est f̃m naturā: eo ꝙ magis contradicit bono naturali: sꝫ tristari de malo nō est ꝯ naturā mali: gaudere aūt est ꝯ naturā eius: cū de natura sua malū sit odibile ꝛ triste: ergo illud est miserius. Tertio aūt maxima miseria est tristari de bono: qꝛ iste qui gaudet de malo/facit ꝯ naturā mali: iste aūt q̄ de bono tristat̃/facit ꝯ naturā boni: qḋ de natura sua est amabile: ꝛ q̄ntū fit ꝯ naturā meliorē/tāto miseria maior: ergo cū tristat̃ inuidus de bono/ipse est miserrimus. Intelligēdū tñ ꝙ miseria istius mūdi declarat̃ tripliciť. Primo: qꝛ affligi cū spe remūerationis est triste: ꝛ sine spe remūerationis est magis triste: sꝫ cū detrimēto est tristissimuz. Et ita est de inuido: q̄ de bono alterius cruciat̃: ꝛ talis cruciatus fit et in peccm. Secūdo: qꝛ sicut iste est bñ dispositus cui nō nocēt nec bona nec mala cibaria: sed iste male cui nocēt mala/q̄uis bona ꝓficiāt: qꝛ debilis/ita vt eius natura nō possit cōsumere: sꝫ iste pessime est dispositus: cui nō solū mala/sꝫ etiā bona ꝛ salubria nocēt: sicut inuidus/cui ista sunt afflictiua q̄ de natura sua sūt cōsolabilia. Tertio: qꝛ si inuido bonū est nociuū/ꝛ dū affligit̃ de bono alterius/cui nihil pōt facere in eius afflictiōe: ꝛ ideo miserrimus: qꝛ maxime passibilis sine alterius nocumēto: sicut arguit̃ de intēpato/si ꝓsequit̃ malū sine passione/q̄d faceret si passio adesset?

De mediatore dei et hominū homine christo iesu. Ca. XV

b Si aūt qḋ multo credibili⁹ ꝛ ꝓbabili⁹ disputat̃: oēs hoies q̄diu mortales sunt/etiam miseri sint necesse est: q̄rēdus est medius/q̄ nō solū homo/verum etiā deus sit: vt hoies ex mortali miseria ad beatā imortalitatem huius medij btā mortalitas interueniēdo ꝑducat: quē neq̧ non fieri mortalē oportebat: neq̧ ꝑmāere mortalē. Mortalis q̄ppe factus est: nō infirmata vbi diuinitate/sed carnis infirmitate suscepta: nō aūt ꝑmansit in ipsa carne mortalis quā resuscitauit a mortuis: q̄m ipse fructus est mediatiōis eius: vt nec ipsi ꝓpť q̄s liberādos mediator effect⁹ est: in ꝑpetua vel carnis morte remanerēt.

A Expositio Ca. XV

b Si aūt qḋ multo &c. In hoc caplo ostēdit aug⁹ ꝙ qs cōueniēter possit esse medius ꝛ mediator inter deū et homies. Et facit in hoc caplo duo: qꝛ p̄mo ostēdit ꝙ nullus btūs cōueniēter pōt esse medius/nisi sit mortalis: ꝛ ideo etiā beati āgeli nō possent esse medij ꝛ mediatores: sꝫ solus christus q̄ mortalis existēs ꝛ beatus fuit. Secūdo ibi: c Possunt aūt medij &c. Ostendit etiam quō āgeli mali pñt esse medij. Et facit hic duo: qꝛ p̄mo ostēdit ꝙ demones sunt medij: sed alio mō q̄ꝫ christus. Nā cuz sit duplex mediuz inter aliq̄: videlicet mediū cōiūgēs: sicut pūctus mediat int̃ ꝑtes duas lineę cōtinuę: ꝛ mediū disiungēs vel separās: sic mare est mediū int̃ africā ꝛ europā. Christus ē medius p̄mo mō: demōes sc̄do mō. Deide ibi: B Nec tñ

Proinde mediatorē inter nos ꝛ deū ꝛ mortalitatem habere oportuit transeuntē/ꝛ beatitudinem permanentem: vt per id quod transit/congrueret morituris: ꝛ ad id quod permanet/transferret ex mortuis. Boni igitur angeli int̃ miseros mortales/ꝛ beatos imortales medij esse nō possunt: qꝛ ipsi q̄ꝫ ꝛ beati ꝛ imortales sunt. Possunt aūt medij esse angeli mali: quia imortales sunt cuz illis: miseri cū istis. His cōtrarius est mediator bonus: qui aduersus eoꝝ imortalitatē ꝛ miseriā: ꝛ mortalis esse ad tēpus voluit ꝛ beatus in eternitate persistere potuit. Ac sic eos ꝛ imortales superbos ꝛ miseros noxios ne per imortalitatis iactantiā se ducerēt ad miseriā: ꝛ suę mortis humilitate ꝛ suę beatitudinis benignitate destruxit in eis: quorū corda per suā fidem mundans/ab illoꝝ īmundissima dominatione liberauit. Homo itaq̧ mortalis ꝛ miser longe seiunctus ab imortalibus ꝛ beatis: quid eligat medium per quod imortalitati ꝛ beatitudini copulet̃? Quod possit delectare in demonuz imortalitate/miserū est: quod possit offendere in christi mortalitate/iā non est. Ibi ergo cauēda est miseria sempiterna: hic mors timenda nō est: q̄ esse nō potuit sempiterna

1.timoth.2.b.

C τ beatitudo amāda est sempiterna. Ad hoc
quippe se interposuit medius imortalis τ
miser: vt ad imortalitatē beatā transire nō
sinat: qm̄ in hoc persistit quod impedit: id
est in ipsa miseria. Ad hoc autē se interpo/
suit mortalis τ beatus: vt mortalitate trās/
acta τ ex mortuis faceret imortales: qd̄ in se
resurgēdo mōstrauit: τ ex miseris beatos: qꝛ
beatitudo nunq̄ ab ipso discessit. Alius est
ergo medius malus q̄ sepat amicos: alius
bonus q̄ recōciliat inimicos. Et ideo multi
sunt medij sepatores: qꝛ multitudo q̄ beata
est/ vnius dei participatiōe fit beata. Cuius
pticipatiōis puatiōe misera multitudo ma/
lo ꝝ angeloꝝ: q̄ se opponit potius ad impedi/
mentū q̄ interponit ad beatitudinis adiu/
toriū: τ etiā ipsa multitudine obstrepit q̄dā/
modo ne possit ad illud vnū beatificū per/
uenire: ad qd̄ vt pduceremur: nō multis/ sed
vno mediatore opus erat: τ hoc eoipso cu/
ius pticipatiōe sumus beati: hoc est verbo
Joh.1.a dei: nō facto/ sed p quod facta sunt omnia.

a ¶ Nec tñ ob hoc me/
diator est: qꝛ verbū: τ
maxime q̄ppe imorta/
le: τ maxime beatū ver
bū longe est a morta/

¶ a ¶ Nec tamē ob hoc τc̄. Ostendit ꝑm quā naturā sit christus mediator.

libus miseris: sed mediator p qd̄ homo eo/
ipso: ostendēs vtiq̄ ad illud nō solū beatū:
verūetiā beatificū bonū nō oportere q̄ri ali/
os mediatores p q̄s arbitremur nobis puē/
tiōis gradus esse moliēdos: qꝛ beatus τ be/
atificus deus/ factus pticeps hūanitatis no
stre cōpendiū pbuit pticipande diuinitatis
sue. ¶ Neq̄ eñ nos a

Decima veritas mortalitate τ miseria
liberās ad angelos i/
mortales beatosq̄ ita
pducit: vt eoꝝ ptici/
patiōe etiā nos imor/
tales τ beati simus: ꝟ
ad illā trinitatē cuius
τ angeli pticipatione
Phil.2.a. beati sunt Ideo qñ in
forma serui vt media/
tor esset/ infra āgelos

¶ Decima veritas: q̄ deus liberās nos a miseria et mortalitate perduxit nos ad istā eternitatē cuius pticipatiōe angeli beati sunt. Ex quo dicto accipiunt duo theologica documēta. Primum: q̄ idē est beatificū obiectuꝫ angeloꝝ τ hominū. Secundū: q̄ tota trinitas ē obiectū beatificū cuiuslibet intellectus creati.

esse voluit: in forma dei super angelos man
sit. Idem in inferioribus via vite: qui in su/
perioribus vita.

¶ An rationabiliter platonici diffi/
nierint deos celestes declinantes
terrena contagia hominibus non
misceri: quibus ad amicitiā deoꝛuꝫ
demones suffragētur. Ca. XVI

A Expositio Ca. XVI

b Non eñ verꝫ est τc̄. In hoc caplo
Apuleius de deo socratis. improbat aug^o dictum

b Non eñ verū est qd̄ idē platonicus ait: dixisse platonem: nul
lus deus miscet homi
ni. Et hoc p̄cipuū eoꝝ
sublimitatis ait esse spe
cimē: q̄ nulla attrecta
tione hominū ꝯtami/
nant. Ergo demones
ꝯtaminari fatet: τ ideo
eos a q̄bus ꝯtaminā/
tur mūdare nō possūt
oēsq̄ imūdi pariter si/
unt: τ demones ꝯtre/
ctatiōe hominū: τ ho/
mines cultu demonū.
Aut si τ ꝯtrectari mi/
scerique hoībus: nec tñ
cōtaminari demones
pñt/ dijs pfecto meli/
ores sunt: qꝛ illi si mi/
scerent ꝯtaminarent.
Nā hoc deoꝝ dicit es/
se p̄cipuū: vt eos sub/
limiter sepatos hūa/
na cōtrectatio ꝯtami/
nare nō possit. Deū q̄/ c
dē summū omniū cre/
atorē: quē nos verum
deū dicimus: sic a pla
tone p̄dicari asseue/
rat: q̄ ipse sit solus q̄
nō possit penuria ser/
monis humani† q̄uis
rōne vel modice com/
pꝛehendi: vix aūt sapiē
tibus viris/ cū se vigo
re animi q̄tuꝫ licuit a
corpe remouerūt: in/
tellectuꝫ huius dei id
q̄ interdū velut in al
tissimis tenebris rapi
dissimo coruscamine
lumē cādidū intermi/
care. Si ḡ supra oīa ve
re sūmus deus intelli/
gibili τ ineffabili q̄dā
p̄sentia/ etsi interdū/ etsi tāq̄ rapidissimo co
ruscamine lumē cādidū intermicans/ adest
tñ sapientiū mētibus cū se q̄tū licuit a cor/
pore remouerūt: nec ab eis cōtaminari pōt.
Quid est q̄ isti dij ppter ea ꝯstituunt lōge in
sublimi loco: ne ꝯtrectatiōe ꝯtaminent hu/
mana: q̄si† corpa illa etherea tactu tantū q̄/
ant humano τ non etiam visu cōtaminari?
Porro si non contaminant sidera cum vi/
dent: quos deos omnes visibiles dicit: nec
demones hominū ꝯtaminant aspectu: q̄/
uis de primo videant. An forte vocibus
humanis ꝯtaminarent: qui acie nō ꝯtami/
nant oculoꝝ: τ ideo demones medios ha/

apuleij: quod videt re/
pugnare his q̄ dicta sūt
in p̄cedēti caplo de chri
sto. Dicit eñ apuleius
libro de deo socratis: q̄
nullus deus miscet ho/
mini immediate: nec cō
municat cū homie: nec
cōiungit homini: cuius
ratio est: qꝛ dij nulla cō
trectatiōe cōtaminant.
Hāc rōnem seu causaꝫ
improbat Aug^o in hoc
caplo tripliciter. Et pa
tet eius ratio p̄ma. Se
cūdā pōit ibi: c ¶ De/
um quidem τc̄. Que
est ꝯfirmatio τ fortifica
tio p̄cedentis. Probat
aūt discurrēdo p singu/
los sensus hoīs: q̄ non
oportet deos ꝯtamina
ri ex ꝯtrectiōe vel cōmu
nicatiōe cū homie. Vel
quia sensus sunt tales q̄
bus homo non miscet:
nec deo nec demoni: si/ B
cut gustus/ tactus/ τ ol/
factus. Vel si sint aliq̄
sensus vel alia opatio
q̄bus deus ꝯtāgit ho/
mini: puta visus/ audi/
tus/ τ etiā locutio: non
ppter hoc deus ꝯtami/
nabit: τ hoc pbat speci
aliter de visu. Primo q̄
ad summū deū qui oēs al's† quanta
alios deos pducit ꝑm oratione
platonem. Nā de isto
deo dicit apuleius/ q̄ iu
xta doctrinaꝫ platonis
ipse videri p^{o}t ab hoīs
intellectu ali 10 mō: vi
delicet p modū quo vi/
su corpali coruscatio vi
det. s. raptim τ trāsitur:
nō eñ sic q̄ cōprehēda
tur/ vel visus mentis in
eo figat: τ tñ deus sum/
mus nō ꝯtaminat. Se/
cūdo quo ad deos ali/
os secūdarios puta si/
¶ dera: q̄ plato

al's† Vo alud corpa illa ethe rea sint q̄ videre sufficiat: q̄rū luce terra q̄tū sufficit il lustrat

D dēra: q̄ plato ⁊ etiā apuleius posuit deos esse: q̄ corꝑali oculo videnť ⁊ tñ nō cōtaminanť: q̄ ad C alios vero sensus patet satis intētio augustini. Tertio ibi: a ¶ Miror aūt plurimū ⁊c. Ponit tertiā rōnē qua improbat dictū apuleij Et p̄mo ponit suā rōnē cōtra illud qđ dicit apuleius de ꝯtrectatiōe corporali deoꝝ: ⁊ patet in p̄ncipio hui⁹ capli. Loquiť aūt de attrectatione vel ꝯtrectatiōe corporali: cū tñ loq̄mur de beata vita ⁊ rebus intelligibilibus: q̄ ꝺm ipsuz corporalia cūcta transcendunt. Secundo ibi: b ¶ Ubi ē illud plotini ⁊c. Rōnē suā ꝯfirmat ꝑ dicta plotini: q̄ platonē optime intellexit: vt patuit. s. ca. x. Ipse vero cū dixisset: fugiēdū igiť est ad clarissimā patriā. s. celestem: ⁊ ibi patere. i. patebunt tibi oia: statim q̄si seipm redarguens: q̄r dixerat fugiendū est: q̄si esset op⁹ fuga corꝑali: sicut q̄ fugit in naui ꝑ mare / subiunxit: c ¶ Que igiť classis aut fuga: nisi similē deo fieri. Quasi diceret: Si vis ad clarissimā patriā ꝑuenire / nō indiges classe aut fuga aliq̄ corꝑali / s; sufficiet deo similē fieri. Ex hoc dicto plotini ꝓbat aug⁹: ꝙ esse ꝓpinquum deo ⁊ misceri. i. ꝯiungi deo / nō est ꝑ ꝯtrectationē corꝑalē: s; ꝑ assimilationē ad ip̄m. Tāto aūt quis deo ē similior q̄̄to a corꝑalib⁹ remotior.

dēt ꝑ q̄s eis voces hominū nūcienť: a q̄bus lōge absunt vt incōtaminatissimi ꝑseuerēt? Quid iā de ceteris sensib⁹ dicā? Nō eñ olfaciēdo cōtaminari vel dij possent si adessent vel cū adsūt demōes p̄nt viuoꝝ corporꝝ vaporib⁹ hūanoꝝ / si tātis sacrificioꝝ cadauerinis nō ꝯtaminanť nidoribus. In gustādi aūt sensu nlla necessitate reficiēde mortalitatis vrgenť: vt fame adacti / cibos ab hoibus q̄rāt. Tactus vero in p̄tāte est. Naz licet ab eo potissimū sensu ꝯtrectatio dicta videať: hacten⁹ tñ si vellēt miscerenť hoibus: vt viderēt ⁊ ab hoib⁹ viderenť / audirēt ⁊ audirenť. Tāgēdi aūt q̄ necessitas? Naz neq; homies id ꝯcupiscere auderēt: cū deoꝝ vel demonū bonoꝝ ꝯspectu vel colloq̄o fruerenť. Et si in tātū curiositas ꝓgrederetur vt vellet: quo naz pacto q̄spiā posset inuitū tāgere deū vel demonē: qui nisi captū nō pōt passerē? Uidēdo igiť visibusq; se ꝑbendo ⁊ loquēdo ⁊ audiendo dij corꝑaliter misceri hoibus possent. Hoc aūt mō demōes si miscenť / vt dixi / nō ꝯtaminanť: dij aūt ꝯtaminarenť si miscerenť: incōtaminabiles dicūt demones: ⁊ ꝯtaminabiles deos. Si aūt ꝯtaminanť ⁊ demones: q̄d ꝯferūt hoibus ad vitā post mortē beatā quos ꝯtaminati mūdare nō possūt: vt eos mūdos dijs incōtaminatis possint adiungere: inter quos ⁊ illos medij ꝯstituti sunt? Aut si hoc eis beneficiū nō ꝯferūt: q̄d ꝓdest hominibus demonū amica mediatio? An vt post mortē nō ad deos homies ꝑ demones trāicāt: ꝺ simul viuāt vtriq; ꝯtaminati: ac ꝑ hoc neutri beati? Nisi forte q̄s dicat more spōgiaꝝ vel huiuscemodi reꝝ mundare demones amicos suos: vt tanto ipsi sordidiores fiāt: q̄̄to sūt hoīes eis velut tergētibus mūdiores. Qđ si ita est / ꝯtaminatiorib⁹ dij miscenť demonibus: q̄ ne ꝯtaminarenť / hominū ꝓpinq̄tatē ꝯtrectationemq; vitarūt. E An forte dij possunt ab hoib⁹ cōtaminatos mūdare demones: nec ab eis cōtaminari: ⁊ eo mō nō possunt ⁊ hoīes? Quis talia sentiat: nisi quē fallacissimi demones deceperūt? Quid ꝙ si videri ⁊ videre cōtaminat? Uidenť ab hoibus dij: quos visibiles dicit clarissima mūdi lumina: ⁊ cetera sidera: tutioresq; sūt demōes ab ista hoiuz ꝯtaminatiōe: q̄ nō p̄nt videri nisi velint. Aut si nō videri ꝺ videre ꝯtaminat: negēt ab istis clarissimis mūdi luminib⁹ quos deos opinanť videri hoīes: cū radios suos terras vsq; ꝑtendāt. Qui tñ coꝝ radij ꝑ q̄q; diffusi imunda inde nō ꝯtaminanť: ⁊ dij contaminarenť si hoib⁹ miscerenť: etiā si esset necessari⁹ in subueniēdo ꝯtact⁹. Nā radijs solis ⁊ lune terra F ꝯtangiť: nec istā ꝯtaminat lucē. Miror aūt a plurimū tā doctos hoīes q̄ cūcta corporea ⁊ sensibilia incorꝑalib⁹ ⁊ intelligibilib⁹ postponēda iudicauerūt / cū agiť de beata vita corꝑaliū / cōtrectationū facere mentionem. Ubi est illud plotini vbi ait: Fugiendū est b igiť ad clarissimā patriam: ⁊ ibi patere tibi oia? Que igiť classis inq̄t aut fuga nisi similem deo fieri? c ¶ Si ergo deo q̄̄to similior tanto fit quisq; ꝓpinquior: nulla est ab illo alia lōginq̄tas q̄̄ eius dissimilitudo. Incorꝑali vero illi eterno ⁊ incōmutabili / tāto est aīa hoīs dissimilior: q̄̄to reꝝ tempaliū mutabiliūq; cupidior.

¶ Undecima veritas: ꝙ q̄̄to similior deo est sic et quisq; ꝓpinq̄or: q̄r nulla alia est ab ipso longinq̄tas q̄̄ eius dissimilitudo tāto aūt aīe est dissimilior / q̄̄to reꝝ tempaliū mutabiliūq; cupidior. Ex q̄ accipiunť duo documenta. Primū ꝙ ꝑfectio humana ꝯsistit in assimilatiōe diuina. Secundū documentum / ꝙ cupiditas opponiť maxime charitati: q̄r sicut ꝑ charitatē hō fit deo similis summe: ita ꝑ cupiditatē maxime dissimilis: vt hic habeť. — Undecima veritas.

¶ Ad consequendā vitam beatam que in p̄ticipatione est summi boni non tali mediatore indigere hominem qualis est demō: sed tali quali est vnus christus. Ca. XVII

A Hoc vt saneť / d q̄m imortali puritati q̄ in summo ē ea q̄ in imo sūt mortalia ⁊ imūda cōuenire nō p̄nt: op⁹ ē q̄dē mediatore: nō tñ tali q̄ corp⁹ q̄dē habeat imortale ꝓpinquū summis / animū aūt morbidū similē infimis: quo morbo nob̄ inuideat poti⁹ ne sanemur / q̄̄ adiuuet vt sanemur: ꝺ tali q̄ nob̄ infimis

Expositio Ca. XVII
Hoc vt sanetur d ⁊c. In hoc caplo ostēdit ꝙ in christo mediatorē habemus cōuenientissimū: q̄ ⁊ ꝯtaminari nō possit: ⁊ ꝯtaminatos mūdare possit: ⁊ sic eos q̄ p̄us erāt imūdi deo mūdo copulare.

ex corpis mortalitate coaptatus/ imortali spūs iusticia: p quā nō locoꝝ distātia/ ſ siliтudinis excellētia mãsit in sūmis: mūdādis liberādisq̄ nob ꝟe diuinū p̄beat adiutoriū.

B Qui pfecto incōmutabil deꝰ/ absit vt contaminationē timeret ex hoie q̄ indutꝰ ē: aut ex hoibꝰ int q̄ in hoie ꝯūsatꝰ ē. Nō em̄ parua sūt hec interim duo: q̄ salubrit sua incarnatiōe mōstrauit: nec carne posse ꝯtaminari verā diuinitatē: nec ideo putādos demōes nob eē meliores: q2 nō hñt carnē. Hic est/ sicē eū p̄dicat sancta scriptura: mediator dei ⁊ hominū hō christus iesus: de cuiꝰ diuinitate/ qua patri est semp eq̄lis: ⁊ humanitate/ qua nobis factus est silis: nō hic locus ē vt cōpetēter p nostra facultate dicamus. 1. Timot. 2. b.

¶ Q2 fallacia demonū dū sua intercessione viā spondet ad deū: hoc conatur vt homines a via veritatis auertat. Capl'm XVIII

A Exposi. Ca. XVIII

a Falsi aūt illi ⁊c. Istud caplm clarū est p totuz. Et patet intētio augustini: nec indiget expositiōe.

a Falsi āt illi fallacesq̄ mediatores demones: q̄ cū p spūs immundiciaz miseri ac maligni multis effectibus c clareāt: p corpaliū tñ locoꝝ intualla ⁊ p aereoꝝ corpoꝝ leuitatē a pfectu aioꝝ nos auocare atq̄ auertere moliunt: nō viā p̄bēt ad deū/ ſ ne via teneat impediunt: qñ q̄dē ⁊ in ipsa via corpali q̄ falsissima est ⁊ plenissima erroris: q̄ nō iter agit iusticia: qm̄ non p corporalē altitudinē/ ſ p spūalē: hoc est incorporalē silitudinē ad deū debemus ascēdere: in ipsa tñ corpali vi quā demonū amici p elemētoꝝ gradus ordināt: int ethereos deos ⁊ terrenos hoies aereis demonibꝰ medijs ꝯstitutis: hoc deos opinant habere p̄cipuū: vt ppt hoc intuallū locoꝝ ꝯtrectatione nō ꝯtaminent hūana. Ita demones cōtaminari potiꝰ ab hoibꝰ q̄ hoies mundari a demōibꝰ credūt: ⁊ deos ipsos ꝯtaminari potuisse: nisi loci altitudie munirent.

B Quis tā infelix ē: vt ista via mūdari se existimet vbi hoies ꝯtaminātes/ demones contaminati/ dij cōtaminabiles p̄dicant: ⁊ non potius eligat viā vbi contaminātes magis demones euitent: ⁊ ab incōtaminabili deo ad ineundā societatē incōtaminatoꝝ angeloꝝ hoies a contaminatione mundent.

¶ Q2 appellatio demonum iaz nec apud cultores eoꝝ assumatur in significationē alicuiꝰ boni. Ca. XIX

A Expositio Ca. XIX

b Sed ne de verbis ⁊c. In hoc caplo Augꝰ incipit agere de bonis angelis: ⁊ ostēdere pmo quō differunt a malis angelis/ tã in re q̄ in noie. Ostendit ꝟo specialiter quō q̄dā eorū q̄ demones colūt/ nobiscū conueniūt in re q̄ ad hoc q ꝯfitent bonos angelos esse: q̄uis discrepēt a nobis in noie. Et facit in hoc capitulo duo. Quia pmo ponit fallaz labeonis: ⁊ patet totus. De isto labeone dictū fuit. s. li. ij. ca. xiij ⁊ etiā li. viij. ca. xiij. Secūdo ibi: c ¶ Et hāc loquēdi ⁊c. Ostendit q noster modus loquēdi/ q̄. s. p demones non intelligimus nisi malignos spūs tenēdus est potius q̄ labeonis: q2 magis ꝯuenit cū omni cōsuetudine loquentiū/ etiā gentiliū q̄ modus loquēdi labeonis.

b Sed ne de verbis etiam nos certare videamur: qm̄ nōnulli istorū: vt ita dixerim: demonicolarū: in q̄bus ⁊ labeo ē: eosdē p̄hibēt ab alijs āgelos dici q̄s ipsi demōes nūcupāt: iā mihi de bonis āgelis aliq̄d video dissērendū: q̄s isti esse non negāt: ſ eos bonos demones vocare q̄ āgelos malūt. Nos autē sicut scriptura loquit ſm quā christiani sumus: āgelos q̄dē partim bonos/ p̄ti malos nūq̄ ꝟo bonos demones legimꝰ. Sz vbicū q illaꝝ lraꝝ h̄ nomen positū repit/ siue demones siue demonia dicant: non nisi maligni significant spūs.

B c Et hāc loquēdi cōsuetudinē intm ppli vsq̄ quaq̄ secuti sunt: vt eoꝝ etiā q̄ pagani appellant: ⁊ deos multos ac demones colendos esse cōtendūt: nullus fere sit tā lratus ⁊ doctꝰ/ q̄ audeat in laude vel seruo suo dicere/ demonē habes: ſ q̄libet h̄ dicere voluerit nō se alit accipi q̄ maledicere voluisse dubitare nō possit. Que igit nos causa cōpellit vt post offensionē auriū tā multaꝝ: vt iā pene sint omniū q̄ h̄ ꝟbū nō nisi in malā ptem audire consueuerūt: qđ diximus cogamur exponere: cū possimus angeloꝝ noie adhibito/ eandē offensionē q̄ noie demonū fieri poterat euitare.

¶ De q̄litate sciētie que demones supbos facit. Ca. XX

A Expositio Ca. XX

o Quanq̄ etiā ⁊c. In h̄ caplo ostendit augꝰ ex origine huiꝰ noie demō/ q ipsum cōgruit malis angelis potius q̄ bonis: ⁊ hoc pbat: q2 hoc nomē imponit a scia cū sit grecum. Nā interptat in latino peritus vel sciēs. A sciencia ꝟo potius nominant mali spūs q̄ boni ⁊ hoc pter effectū scie qui est inflatio ⁊ supbia quē effectū in bonis spiritibꝰ impedit charitas In malis ꝟo ipedimentū nō habet.

o Quāq̄ etiā ipsa origo huiꝰ nois si diuinos intueamur libros aliq̄d affert cognitiōe dignissimū. Demōes em̄ dicunt (qm̄ vocabulū grecū ē) ob sciaz noiati. Aplꝰs aūt spūsācto locutꝰ ait. Scia inflat: charitas ꝟo edificat. Qđ recte alit nō itelligit: nisi sciaz tūc pdesse cū charitas inest: sine hac aūt inflare: id est in supbiā inanissime q̄si vētositatē extollere. 1. Cor. 8. a

B Est ḡ in demonibus scia sine charitate: ⁊ ideo tā inflati: id est tā supbi sunt: vt honores diuinos ⁊ religiōis seruitutē quā vero đo deberi sciūt sibi sategerint exhiberi: ⁊ q̄tū pñt: ⁊ apđ q̄s

p̄nt/adhuc agūt. Cōtra sup̄biā porro demonū: q̄ p̄ meritis possidebāt genus hūanuz: dei humilitas q̄ in christo apparuit: q̄tā vir/tutē habeat/aīe oiuz nesciūt: imundicia elatiōis inflate/demonib⁹ similes sup̄bia/nō scia.

¶ Ad quē moduz domin⁹ voluerit demonibus innotescere. Ca. XXI

A

Expositio Ca. XXI

a Ipsi aūt ꝛc. In h̄ capl̄o ostēdit b̄tūs aug⁹ quō demōes sciaz acq̄rūt: ꝛ tñ se nō habe/re charitatē ostēdūt. Et patet totū.

Mar. 1. c
Luce. 4. f

a Ipsi aūt demones etiā h̄ ita sciūt: vt eidē dn̄o infirmi/tate carnis induto/di/xerint: Quid nobis ꝛ tibi iesu naçarene. Ve/nisti ante tēpus p̄dere nos? Clarū ē in his v̄bis: q̄ in eis ꝛ tāta scia erat: ꝛ charitas nō erat. P̄enā q̄ppe suā for/midabāt ab illo: nō in illo iusticiam dilige/bāt. Tantū v̄o eis innotuit q̄tū voluit: tan/tū aūt voluit q̄tū oportuit. Sz sic innotuit nō sic angelis sanctis: q̄ ei⁹ s̄m id qō dei ver/buz est p̄ticipata et̄nitate p̄fruunt: s̄ sic eis terrēdis innotescēdum fuit: ex q̄z tyrānica q̄dāmō p̄tāte fuerat liberaturus p̄destiatos in suū regnū: ꝛ gl̄iaz semp̄ veracē ꝛ veracit sempit̄nā. Innotuit ḡ demonib⁹ nō p̄ id qō

B

est vita et̄na ꝛ lumē incōmutabile: qō illu/

Act. 15. b

minat pios: cui viuēdo p̄ fidē q̄ in illo ē cor/da mūdant: s̄ p̄ q̄dā tēpalia sue v̄tutis effe/cta ꝛ occultissime signa p̄sentie: q̄ angelicis sensib⁹ etiā malignoꝝ spirituū poti⁹ q̄ infir/mitati hoīuz possent esse cōspicua. Deniq̄ q̄n ea paululū supp̄mēda iudicauit: ꝛ aliq̄n/to alti⁹ latuit: dubitauit de illo demonū p̄n/ceps: eūq̄ tēptauit an christus esset explo/

Mat. 4. a

rās: q̄tū se tēptari ipse p̄misit: vt hoīez quē gerebat ad nr̄e imitatiōis tēperaret exēplū. Post illā v̄o tēptatiōnē/ cū āgeli sic̄ scriptū est ministrabāt ei: boni vtiq̄ ꝛ sancti ac p̄ h̄ his spiritib⁹ imūdis metuēdi ꝛ tremēdi: ma/gis magisq̄ inotescebat demōib⁹ q̄t⁹ eēt: vt ei iubēti q̄uis i illo cōtēptibilis videret car/nis infirmitas/resistere nullus auderet.

¶ Quid intersit inter scientiā scōꝝ an/gelorū et scientiā demonū. Ca. XXII

A

b Expos. Ca. XXII

b Nos igit̄ āgelis bo. ꝛc. In h̄ cap. ostēdit aug⁹ differentiā int̄ bonos āgelos ꝛ ma/los. Ostēdit aūt q̄ diffe/rūt boni a mal̄ tā p̄ cha/ritatē q̄ p̄ scie ꝛ noticie claritatē. Et patet intē/tio augustini.

b Nos igit̄ ange/lis bonis oīs corp̄aliū tpa/liūq̄ rerū scia/ q̄ inflan/tur demōes/ vilis est: nō q̄ earū ignari sint/ s̄ q̄ illis dei q̄ sanctifi/cant̄ charitas chara ē p̄ cui⁹ nō tm̄ incorp̄a/li/verūetiā incōmutabili ꝛ ieffabili pulchri/tudine: cui⁹ scō amore inardescūt oīa q̄ in/fra sunt: ꝛ qō illud est/nō sunt: secq̄ ipsos int̄ illa cōtēnūt: vt ex toto q̄ boni sunt/ eo bono ex q̄ boni sunt p̄fruant. ¶ Et ideo certi⁹ etiā tempalia ꝛ mutabilia ista nouerunt: q̄z eoꝝ p̄ncipales causas in v̄bo dei cōspiciunt: p̄ qō factus ē mūdus: q̄bus causis q̄dā p̄bant̄ q̄/dā rep̄robant̄: cuncta ordinant̄. Demōes aūt non et̄nas tēpoꝝ cau/sas: ꝛ q̄dāmō cardina/les in dei sapīa cōtem/plant̄: s̄ q̄rūdā signo/rū nob̄ occultoꝝ/ ma/iore experiētia multo plura q̄ hoīes futura p̄spiciūt: dispositiōes q̄z suas aliq̄n p̄nūciāt. Deniq̄ sepe isti/ nūq̄ illi oīno fallunt̄. Aliō est em̄ tp̄alib⁹ tp̄alia/ ꝛ mutabilib⁹ mutabi/lia cōiectare: eisq̄ tp̄a/lē ꝛ mutabilē moduz sue volūtatis ꝛ faculta/tis inserere: qō demo/nib⁹ certa rōne p̄missū est: aliō ē aūt in et̄nis atq̄ incōmutabilibus dei legib⁹ q̄ in ei⁹ sapīa viuūt/ mutationes tē/poꝝ p̄uidere: deiq̄ vo/lūtatē q̄ tā certissima q̄ potentissima ē oiuz sp̄ūs ei⁹ p̄ticipatiōe co/gnoscere qō sctis āgel̄ recta discretiōe dona/tū ē. Itaq̄ nō solū et̄/ni/ verūetiā b̄ti sūt: bo/nū aūt q̄ b̄ti sūt/ de⁹ ill̄ est a q̄ creati sūt. Illi⁹ q̄ppe indeclinabilit̄ p̄/ticipatiōe ꝛ cōtēplatio/ne p̄fruunt̄.

¶ Nomen deoꝝ falso ascribi diis gētiū: quod tamē et āgel̄ scī et ho/minib⁹ iustis ex di/uinarū scriptura/rū auctoritate cō/mune ē. Ca. XXIII

c Nos si platōi/ci malūt deos q̄z demōes dicere: eisq̄ ānumerare q̄s a sūmo deo cōditos deos scribit eoꝝ auctor ꝛ mḡr plato/ dicāt qō volūt: nō em̄ cū eis d̄ v̄/boꝝ cōtrouersia laborādū ē. Si ḡ eos sic imor/tales asserūt vt tm̄ a sūmo deo factos et si nō

¶ Duodecima veritas: q̄ angeli boni certi⁹ ista tp̄alia ꝛ mutabilia noue/rūt: q̄z eoꝝ causas in v̄bo dei cōspiciūt q̄b⁹ cūcta or/dinant̄. Demōes aūt nō et̄nas ꝛ cardinales cau/sas in dei sapīa cōtēplant̄ s̄ q̄rundā signoꝝ nobis occultoꝝ maiore experiētia multo plura q̄ hoīes fu/tura p̄spiciūt. Deniq̄ in/q̄t sepe isti/nunq̄ oīno il/li fallunt̄. Istā aūt aucto/ritatē hic declarās dicit: Aliud ē em̄ tp̄alib⁹ tp̄a/lia ꝛ mutabilib⁹ mutabi/lia cōiectare/ eisq̄ tp̄alē ꝛ mutabilē modum sue fa/cultatis ꝛ volūtat' infe/rere: qō demonib⁹ certa rōne p̄missuz ē: aliud au/tē in et̄nis atq̄ incōmu/tabilib⁹ dei legibus: q̄ in eius sapīa viuūt/ mutati/ones tēpoꝝ p̄uidere/ dei/q̄ voluntatē q̄ tā certissi/ma q̄ potētissima ē om/niū sp̄ūs ei⁹ p̄ticipatione cognoscere: qō sanct' an/gelis in recta discretione donatū est. Sz ex isto di/cto accipiunt̄ duo theo/logica documenta. P̄ri/mu est q̄ sancti in et̄nis dei legib⁹ cōtēplant̄ futu/ra: qō h̄ exp̄sse dicit. Se/cundū documentū: q̄ sā/cti in diuina volūtate co/gnoscūt ista futura cōtin/gētia: q̄z dicit q̄ dei volū/tate q̄ certissima est/ oia ista nouerūt.

Duodecima veritas.

B

Expos. Ca. XXIII

c Nos si Pla. ꝛc. In h̄ capl̄o ostēdit aug⁹ dr̄iaz int̄ bonos an/gelos ꝛ malos: ꝛ etiam opinionē platōicoꝝ de bōis āgel̄. Et facit h̄ duo q̄z p̄mo ostēdit quō no/biscū cōueniūt ꝛ differūt. Scd̄o huic libro finē i/ponit/ibi: Nūc ḡ ita li. ꝛc. In p̄ma v̄o p̄te facit tria: nā p̄mo ostēdit quō positio platōicoꝝ q̄ bo/nos āgelos vocāt deos sz ab vno d̄o factos pos/sit sustineri: tā q̄ ad rē q̄ etiā ad vocē. Est āt hec positio platōis i timeo li. d. ꝛ sat' cōcordat etiā i/ mō loq̄ndi cū sacra scri/ptura: q̄ q̄nq̄ demōes et q̄nq̄ v̄o hoīes deos vo/cat. Scd̄o ibi: Si v̄erū.

B

C a ¶ Ueruntñ cũ a nobis ⁊c. Soluit quandã dubitationẽ incidentẽ: videlicet etiã hoies aliqui dij appellati sunt in sacra scriptura: eo q̄ sunt de pplo dei: quare nõ magis ãgeli boni q̄ sunt beati ⁊ imortales dij appellati sunt: cuz magis eis conueniret sic appellari. Nõ est dicit aug⁹: ne nimia crederet excellẽtia angelorũ: ppẽ quaz hoies colerẽt eos tãq̄ deos suos: vñ etsi appellari possent dij p participatiõez / sicut ⁊ hoies appellant: tñ dij hominũ nõ põt dici / sicut demones dij gentiũ appellant: qz a gẽtibus colũtur. Tertio ibi: b ¶ Illud vero ⁊c. Ostẽdit in q̄ platonici a nobis q̄ ad ea q̄ de angelis bonis tenemus discordãt. Intelligit vero hic per platonicos apuleium ⁊ suos seq̄ces: cuius opinio de mediatiõe demonũ reprobata est diffuse tã in hoc libro / q̄ etiã supra li. viij. c ¶ Nũc ergo ⁊c. Imponit finẽ huic libro / ptinuãs ea q̄ dicta sunt in h̄ libro ad ea q̄ dicẽda sũt in libro pximo sequẽti.

Ps.49.a. Ps.135.a. Ps.94.a Ps.95.a Math.8.d

p seipsos: sed ei a quo facti sunt adherendo beatos esse dicũt: hoc dicũt q̄ dicun⁹ q̄libet eos nomĩe appellent. Hanc aũt platonicorũ esse sniaz / siue omniũ / siue meliorũ i eorũ lr̃is inueniri põt. Nã ⁊ de ipso noie q̄ hmõi immortalẽ beatãq̄ creaturaz deos appellant: idõ inter nos ⁊ ipsos pene nulla dissensio est: qz ⁊ in nr̃is sacris lr̃is legit: Deus deorũ dñs locutus est. Et alibi: Cõfitemini deo deorũ. Et alibi: Rex magn⁹ sup oẽs deos. Illud autẽ vbi scriptũ est: Terribilis ẽ sup oẽs deos: cur dictũ sit deinceps ostendit. Sequit enĩ: Qm̃ oẽs dij gẽtiũ demonia: dñs aũt celos fecit. Sup oẽs ergo deos dixit: s̄ gentiũ / id ẽ q̄s gẽtes p dijs habẽt: q̄ sunt demõia: ideo terribilis: sb quo terrore dño dicebãt: Uenisti ante tẽpus pdere nos.

Illud vero vbi dicit / deus deorũ: non potest intelligi deus demoniorũ: ⁊ rex magnus sup oẽs deos: absit vt dicat: ⁊ rex magnus sup oĩa demonia. Sz hoies q̄ in pplo dei / eadẽ

Ps.81.b scriptura deos appellat. Ego inq̄t dixi dij estis: ⁊ filij excelsi oẽs. Põt itaq̄ intelligi horũ deorũ deus: q̄ dictus est deus deorũ: ⁊ sup

B hos deos rex magnus: q̄ dictus est rex ma-

a gnus sup oẽs deos. Ueruntñ cũ a nobis q̄rit: si hoies dicti sunt dij: q̄ in pplo dei sunt quẽ p angelos vel p homĩes alloquit deus: q̄nto magis imortales eo noie digni sunt: q̄ ea fruunt beatitudine / ad quã deũ colendo cupiũt hoies puenire. Quid respõdebimus nisi nõ frustra in scripturis sanctis expssius hoies nuncupatos deos: q̄ illos imortales ⁊ beatos: q̄bus nos equales futuros in resurrectione pmittit: ne scz pter illorũ excellentiam aliquem eorũ nobis constituere deum infidelis auderet infirmitas? Qd in homine facile est euitare. Et euidẽtius dici debuerũt homines dij in populo dei: vt certi ac fidentes fierent / esse eum deuz suum / qui dictus est deus deoruz: qz etsi appellent dij imortales illi ac beati q̄ in celis sunt / nõ tñ dicti sũt dij deorũ: id est dij hominũ in pplo

dei cõstitutorũ: q̄bus est dictuz: Ego dixi dij Ps.81.b
estis: ⁊ filij excelsi oẽs. Hinc est q̄ ait aplus:
Et si sunt q̄ dicant dij siue in celo siue in terra: 1.Cor.8.b
sicuti sunt dij multi ⁊ dñi multi: nobis tñ vnus deus pater: ex q̄ oĩa / ⁊ nos in ipso: ⁊ vn⁹ dñs iesus christus p quẽ oĩa / ⁊ nos p ipsuz.

C Nõ multũ ergo de noie disceptandũ est: cũ res ipsa ita clara sit vt a scrupulo dubitationis

b aliena sit. Illud vero q̄ nos ex eorũ imortaliũ btõrũ nũero missos angelos esse dicimus q̄ dei volũtatẽ hoibus annũciarẽt: illis aũt nõ placet: qz h̄ ministeriũ nõ p illos q̄s deos appellãt. i. imortales ⁊ btõs / s̄ p demões fieri credũt: q̄s imortales tñ nõ etiã btõs audẽt dicere: aut certe ita imortales ac btõs / vt tñ demões bonos nõ deos sublimius collocatos: ⁊ ab hũana cõtrectatione semotos.

D Q̃uis nois cõtrouersia videat / tñ ita detestabile ẽ nomen demonũ: vt h̄ modis oibus a

c sãctis angelis nos remouere debeam⁹. Nũc ergo ita liber iste claudat: vt sciamus imortales ac btõs / quõlibet vocent: q̄ tñ facti ⁊ creati sunt: medios nõ esse ad imortalitatẽ beatitudinẽq̄ pducẽdis mortalib⁹ miseris: a q̄b⁹ vtraq̄ differẽtia separant. Qui aũt medij sũt cõmunẽ habẽdo imortalitatẽ cũ supiorib⁹: miseriã cũ inferioribus: qm̃ merito malicie sunt miseri: beatitudinẽ quã nõ hñt inuidere nobis pñt potius q̄ pbere. Unñ nihil hñt amici demonũ qd nobis dignũ afferãt: cur eos tanq̄ adiutores colere debeam⁹: q̄s potius vt deceptores euitare debemus. Quos aũt bonos ⁊ ideo nõ solũ imortales: verum etiã btõs deorũ noie sacris ⁊ sacrificijs ppter vitã beatã post mortẽ adipiscendã colẽdos putant: q̄lescũq̄ illi sint ⁊ q̄libet vocabulo digni sint: nõ eos velle p tale religiõis obsequiũ nisi vnũ deũ coli: a q̄ creati ⁊ cuius participatiõe beati sunt: adiuuãte ipso in sequenti libro diligẽtius disseremus.

Sancti Augustini epi liber Nonus de ciuitate dei explicit.

¶ Annotatio capitulorum decimi libri eiusdem.

¶ Eiusdem diui aurelij Augustini episcopi de ciuitate dei/liber decimus incipit.

¶ Uerā beatitudinē siue angelis siue hominibus p vnū deū tribui etiam platonicos definisse: s; vtrū hi quos ob ipsum colendos putant vni tantū deo an etiā sibi sacrificari velint esse querendum. Ca. I

Omnium certa sententia ē: qui rōne quoquo mō vti possunt: beatos esse oēs homines velle. Qui autē sint/vel vnde fiant: dum mortalium q̄rit infirmitas: multe magneq; controuersie ꝯcitate sunt in quibus philosophi sua studia ɀ ocia contriuerunt: quas in medium adducere atq; discutere: et longum est ɀ non necessarium. Si eīn recolit qui hec legit: qd in libro egerimus octauo in eligēdis philosophis: cum quibus hec de beata vita/que post mortem futura est/questio tractaretur: vtrum ad eam vni deo vero: qui etiā est deoꝝ effector/an plurimis dijs religiōe sacrisq; fuiēdo puēire possim⁹: nō etiā hic eadē repeti expectet: p̄sertī cū possit relegēdo/si forte obliu⁹ ē; adminiculari mēoriā.

Expositio Ca. I a

Omnium ɀc. Hic incipit liber decim⁹ in q̄ btūs Aug⁹ ostendit: q̄ angeli boni nō sunt colēdi cultu latrie: nec ipsi hoc desiderāt. Et cōtinet liber iste xxxij. capl'a. Quoꝝ primū est q̄si ꝓemiale. In quo duo facit. Nā primo reducit ad memoriam q̄dā supius tractata libro octauo: faciēs de ipsis breuē mentionē vt ad sequētia se cōtinuet. Facit aūt mentionē de diuersitate opinionum circa beatitudinē quaȝ posuit lib. viij. cap. viij. Itē de electiōe platonicoꝝ p̄ ceteris phis: de q̄ eodē li. habeſ ca. x. Itē de cultu multoꝝ deoꝝ ɀ demonū: ꝯ quē disputatū est eodē li. a ca. xij vsq; ad finē li. Scdo ibi ¶ Nūc videri

¶ Elegimus enim platonicos omnium phylosophorum merito nobilissimos: propterea quia sapere potuerunt: licet immortalem ac rationalem vel intellectualem hominis animam: nisi participato lumine illius dei/a quo et ipsa et mundus factus est/ beatam esse non posse. Ita et illud quod omnes homines appetunt: id est vitam beatam: quenquam istos assecuturum negant: qui non illi vni optimo quod est incommutabilis deus/ puritate casti amoris adheserit. Sed quia et ipsi quoque siue cedentes vanitati errorique populorum: siue vt ait apostolus: Euanescentes in cogitationibus suis multos deos colendos ita putauerunt vel putari voluerunt: vt etiam quosdam eorum demonibus diuinos honores sacrorum et sacrificiorum deferendos esse censerent: quibus iam ex parte non parua a respondimus. Nunc videndum ac differendum est: quemadmodum deus donat immortales: ac beati in celestibus sedibus dominationibus/ principatibus/ potestatibus constituti: quos isti deos et ex quibus quosdam vel bonos demones: vel nobiscum angelos nominant: quomodo credendi sint velle a nobis religionem pietatemque seruari: hoc est vt apertius dicam: vtrum etiam sibi: an tantum deo suo: qui etiam noster est: placeat eis vt sacra faciamus et sacrificemus: vel aliqua nostra seu nosipsos religionis ritibus consecremus. ¶ Hic est b enim diuinitati/ vel si expressius dicendum est: deitati debitus cultus: propter quem vno verbo significandum: quoniam satis mihi idoneum non occurrit latinum: greco vbi necesse est insinuo quid velim dicere. Latria quippe nostri vbicunque sanctarum scripturarum positum est/ interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus que debetur hominibus secundum quam precipit apostolus seruos dominis suis subditos esse debere: alio nomine grece nuncupari solet. Latria vero secundum consuetudinem qua locuti sunt qui nobis diuina eloquia condiderunt: aut semper/ aut tam frequenter: vt pene semper ea dicitur seruitus que pertinet ad colendum deum. Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur: non soli deo deberi videtur. Dicimur enim colere homines quos honorificatione vel recordatione vel presentia frequentamus. Nec solum ea quibus nos religiosa humilitate subijcimus: sed quedam etiam que subiecta sunt nobis coli perhibentur. Nam ex hoc verbo agricole et coloni et incole vocantur. Et ipsos deos non ob aliud appellant celicolas: nisi quod celum colant: non vtique venerando/ sed inhabitando tanquam celi quosdam colonos: non sicut appellantur coloni qui conditionem debent genitali

Prima veritas decimi libri / B

F a ¶ Nunc videndum ac differendum etc. Ostendit quid restat in hoc libro agenda. Et facit tria Nam primo ostendit quod restat disserendum. Et patet litera. Secundo ibi: b ¶ Hic est enim diuinitati etc. Ostendit penuriam sermonis latini/ quia deberemus exprimere cultum qui soli deo est exhibendus: qua penuria greci non laborant: habent enim vocabulum vnum/ quod est latria/ quod in latinum translatum est idem quod seruitus: sed tamen in hoc est differentia: quia greci non vocant latriam nisi seruitutem illam que soli deo debetur: a qua idolatria dicitur seruitus talis idolis exhibita. In latino vero vtimur nomine seruitutis generalius: et ita est de alijs nominibus latinis: quibus in greco correspondent vocabula importantia cultum vel seruitutem soli deo exhibendam: sicut declarat per exempla de multis vocabulis: vt puta de hoc vocabulo cultus: quod etiam ad ea que hominibus fiunt extenditur. Dicitur enim a colendo: quod multipliciter accipitur.

Nam quandoque capitur pro eo quod facimus superioribus quos honorare multum frequentamus: quandoque pro eo quod facimus circa ea que nobis subiecta sunt: a quo dicuntur quidam agricole: quidam coloni: quidam incole: et quidam celicole/ quasi celi coloni .i. habitatores: eo modo quo vergilius dicit li. j. eneidos loquens de carthagine sic: Vrbs antiqua fuit tyrij tenuere coloni.

Roma.i.c. Fuit autem carthago a tyrijs condita et inhabitata: propter quod vergilius vocat ciues tyrios colonos: sic dictos ab incolendo .i. inhabitando: a quo etiam quedam ciuitates dicuntur colonie. Contingit enim quandoque propter multitudinem ciuitatis alicuius sic excrescere vt faciat quasi examen filiorum more apum: cui multitudini non sufficit ciuitas: et ideo recedens inde alibi condit ciuitatem nouam.

C Talis vero ciuitas vocatur colonia prioris ciuitatis. Alio tamen modo dicitur colonus ille qui in terra illa

¶ Prima veritas decimi libri: quod eligendi sunt platonici tanquam omnium phylosophorum merito nobilissimi: propterea quia sapere potuerunt immortalem hominis animam non nisi participatione luminis illius a quo et ipsa et mundus factus est/ beatam esse non posse. Intelligendum tamen quod in beatitudine anime rationalis concurrunt tria lumina. Primum est lumen habituale quia habitudo quedam dicitur communiter lumen glorie. Secundum est lumen actuale vt pote ipse actus beatificus: quia omis manifestatio est quoddam lumen secundum apostolum. Tertium est lumen obiectibile quod est sed diuina essentia que lucem inhabitat inaccessibilem secundum apostolum. Sed oritur dubium de quo lumine loquitur hic augustinus. Dicitur autem quod potest sane intelligi de lumine obiectibili: quia dicit quod ab illo lumine mundus factus est. Et ideo ista auctoritas non arguit lumen habituale: sicut aliqui putant.

genitus est qui sub certa conditione vel pacto colit/ ab agricultura sic dictus. Igitur colere multa significat que his versibus continentur: Agros/ rus/ formam/ superos colis/ atque parentes: Hos arat: hoc habitat: ornat honorat: amat. Sicut autem est de vocabulo cultus: ita est de vocabulo religionis et pietatis: vt declarat. Tertio ibi:

F Que itaque

D Secunda veritas.

¶ Secunda veritas: quod cultus debitus exhibitus deitati dicitur in greco latria: que dicitur in scripturis seruitus debita deo. Circa quod dictum ponuntur quattuor conclusiones. Prima est: quod latria est vna virtus: quia cum eius actus sint laudabiles et meritorij/ aggenerant habitum virtuosum. Secunda conclusio: quod latria est virtus moralis: ad virtutem autem moralem pertinet secundum rectam rationem exhibere honorem precellenti secundum virtutem: cultus autem latrie est diuina honoratio: cum deus sit summe virtuosus. Tertia conclusio: quod latria est virtus moralis: ad virtutem autem moralem pertinet reddere bonum vnicuique sibi debitum: honor autem est bonum debitum virtuti: et ideo ad talem iustitiam pertinet deo reddere summum honorem quia sibi summe est debitus. Quarta conclusio: quod comedatior numeratur: quia secundum alias virtutes vnusquisque bene se habet ad seipsum vel ad alterum propter istam autem vnusquisque bene se habet ad summum bonum. Et confirmatur: quia nobilior portio distributiue iustitie est respectu summi boni.

Eph.6.a

E

solo ꝓpter agriculturã sub dominio possessoꝝ: sed sicut ait q̈dã latini eloquij magnus auctoꝛ. Urbs antiq̃ fuit: tyrij tenuere coloni. Ab incolẽdo em̃ colonos vocauit/ nõ ab agricultura. Hinc ꝛ ciuitates a maioꝛibus ciuitatibus velut ppl'oꝝ examinibus ꝯdite colonie nũcupant. Ac ꝑ hoc cultũ q̈dẽ non deberi nisi deo: ꝓpria quadã notiõe verbi huius verissimũ est. Sed q꜠ ꝛ aliaꝝ reꝝ dicit cultus: ideo latine vno verbo significari cultus dõ debitus nõ põt. Na ꝛ ipsa religio q̃uis distinctius nõ quẽlibet/ ſ₃ dei cultũ significare videat: vñ isto noie interꝑtati sũt nostri eã q̃ grece θρησκεία dicit: tñ q꜠ latina loquẽdi ꝯsuetudine: nõ solũ imperitoꝝ/ verũetiã doctissimoꝝ ꝛ cognatiõibus hũanis atq꜠ affinitatibus ꝛ q̈buscq꜠ necessitudinibus dicit exhibẽda religio: nõ eo vocabulo vitat ambiguũ/ cũ de cultu deitatis vertit q̃stio: vt fidẽter dicere valeamus religionẽ nõ esse nisi dei cultũ: q̃m videt hoc verbũ a significãda obseruãtia ꝓpinq̈tatis humane insolẽter auferri. Pietas q̃ꝫ ꝓprie dei cultus itelligi solet: quã greci εὐσέβειαν vocãt. Hec tñ ꝛ erga parentes officiose haberi dicit. Moꝛe aũt vulgi hoc nomen etiam in opibus misericoꝛdie frequẽtat: qð ideo arbitroꝛ euenisse: q꜠ hec fieri ꝑcipue deus mãdat: eaq꜠ sibi vel ꝓ sacrificijs vel ꝑ sacrificijs placere testat. Ex qua loquẽdi ꝯsuetudine factũ est: vt ꝛ deus ipse dicat piuſ: quẽ sane greci nullo suo sermonis vsu εὐσεβῆ vocãt: q̃uis εὐσέβειαν ꝓ misericoꝛdia illoꝝ etiã vulgus vsurpet. Unde in q̈busdã scripturaꝝ locis vt distinctio certioꝛ appareret nõ εὐσέβειαν qð ex bono cultu: sed θεοσέβειαν: qð ex dei cultu cõpositũ resonat dicere maluerunt. Utrũliber aũt hoꝝ: nos vno verbo enunciare non possumus. Que itaq꜠ λατρεία grece nuncupat: ꝛ latine interꝑtat seruitus: sed ea q̃ colimus deum: vel que θρησκεία grece: latine aũt religio dicit: ſ₃ ea q̃ nobis ẽ erga deũ vl' quã illi θεοσέβειαν nos vero nõ vno verbo exprimere/ ſ₃ dei cultum possumus appellare: hanc ei tantum deo deberi dicimus: qui verus ẽ deus: facit q꜠ suos cultores deos. Quicũq꜠ igit sunt in celestibus habitatiõibus immoꝛtales ꝛ beati/ si nos non amãt/ nec beatos esse nos volunt: colendi vtiq꜠ non sunt. Si autẽ amãt ꝛ beatos volunt: profecto inde volunt vnde ꝛ ipsi sunt: an aliunde ipsi beati/ aliunde nos?

Eneid.1.

f

G

h a ¶ Que itaq꜠ latria ꝛc. Proponit illð qð de tali cultu oĩno est tenendũ. s. q̧ soli deo exhibendus est cultus latrie quocũq꜠ noie vocetur: ꝛ boni angeli q̃ eodẽ obiecto beati sunt q̃ ꝛ nos/ volũt q̧ eũdẽ colamus quẽ ꝛ ipsi colũt.

¶ De supna illuminatiõe quid plotinus platonicus senserit. Ca. II

Sed nõ est nobis vllus cuꝫ his excellẽtibus pħis in hac q̃stione conflictus. Uiderũt em̃ suisq꜠ l̃ris multis modis copiosissime mãdauerunt: hinc illos vñ ꝛ nos fieri beatos: obiecto q̈dã lumine intelligibili/ qð deus est illis ꝛ aliud ẽ q̃ꝫ illi/ a q̃ illustrant vt clareãt: atq꜠ eius pticipatiõe pfecti beatiq꜠ subsistãt. Sepe multũq꜠ plotinus asserit assensum platonis explanãs: ne illã q̈dẽ quã credũt esse vniuersitatis animã/ aliũde beatã esse q̃ꝫ nostrã: id q꜠ esse lumẽ qð ipsa nõ est/ ſ₃ a q̃ creata est: et q̃ intelligibilit illuminãte/ intelligibiliter lucet. Dat etiã similitudineꝫ ad illa incoꝛpoꝛea de his celestib' ꝯspicuis amplisq꜠ coꝛpibus tanq̃ ille sit sol/ ꝛ ipsa sit luna. Lunã q̈ppe solis obiectu illuminari putat. Dicit ꝑ ille magnus platonicus: animã rõnalẽ siue potius intellectualis dicẽda sit: ex q̃ genere etiam imoꝛtaliũ beatoꝛũq꜠ aĩas esse intelligit: q̃s in celestibus sedib' habitare nõ dubitat nõ habere supꝛa se naturã/ nisi dei q̃ fabricatus est mundũ: a q̃ ꝛ ipsa facta est: nec aliũde illis supnis ꝑberi vitã beatã ꝛ lumẽ intelligẽtie veritatis/ q̃ꝫ vnde ꝑbet ꝛ nobis: ꝯsonãs euãgelio vbi legit: Fuit hõ missus a deo cui nomẽ erat iohãnes: hic venit in testimoniũ: vt testimonium ꝑhiberet de lumine: vt oẽs crederẽt ꝑ eũ. Nõ erat ille lumẽ: sed vt testimoniũ ꝑhiberet de lumine. Erat lumẽ veꝝ: qð illuminat omnẽ hominẽ venienteꝫ in hũc mundũ. In q̃ differẽtia satis ostẽdit animã rõnalẽ vel intellectualẽ: q̈lis erat in iohãne: sibi lumẽ esse nõ posse: ſ₃ alteri' veri lumis pticipatiõe lucere. Hoc ꝛ ipse iohãnes fatet: vbi ei ꝑhibẽs testimoniuꝫ dicit: Nos oẽs de plenitudine eius accepimus.

B

Joh.1.a

Joh.1.b

b Expositio Ca. II

Sed nõ est nobis ꝛc. In ħ caplo incipit tractatus huius libri: ꝛ ostendit specialit in ħ caplo seu libro quõ platonici ꝑcipue nobiscũ cõuenidt: in ħ q̧ non aliũde sunt beati angeli ꝛ hoies: qð in ꝑcedenti caplo relicq̃ q̃ſi discutiẽdũ. Et ideo q̃tũ ad ħ ꝑtinet/ nõ est ꝯ platoneꝫ disputandum. Et patet totum caplm.

¶ De vero dei cultu a quo platonici q̃uis creatoꝛẽ vniuersitatis intellexerint/ deuiarũt colẽdo angelos siue bonos siue malos honoꝛe diuino. Caplm III

Que cum ita sint: si platonici vel quicunq꜠ alij ita senserũt cognoscentes deum/ c

c Expositio Ca. III

Que cũ ita sint ꝛc. In hoc caplo ostẽdit aug' ex dictis in ꝑcedẽti caplo: q̧ platonici haberẽt ꝯcedere/ q̧ tm̃ vn' de' colẽdus est cultu latrie: si vanitas aut timoꝛ ppli contrarium sapientie non retraheret.

Roma.1.c.

¶ Expositio Ca. IIII

a Huic nos serui/tuti ꝛc̃. In hoc caplo ostẽdit aug⁹ ꝙ soli deo debet̃ seruitus: q̃ grece latria dicit̃: cuius ꝓprijssimus actus ẽ offerre officiũ. Nã cetera fere oia q̃ deo extrinsecus exhibemus/ad honorãdos hoies trãslata sunt. Et facit in h̃ caplo duo: Quia pmo ostendit quod offerimus deo sacrificiũ spirituale: vbi ifra sic dicit: b ¶ Hũc ergo religẽtes vnde et religio ꝛc̃. Dicit tullius ꝙ religiosus a religẽdo appellat̃: qꝛ retractat ꝛ tanꝙ̃ religit ea q̃ ad cultũ diuinũ ꝑtinẽt.
A Isidorus ꝟo li. viij. ethymologiaꝝ dicit ꝙ religio appellat̃ eo ꝙ ꝑ eam vni deo religamus aias nostras ad cultũ diuinũ vinculo seruiẽdi: qḋ verbũ cõpositũ est a religẽdo. i. eligendo: vñ dicit̃ religio quasi eligio. Secũdo ibi: c ¶ Quecũꝗ igit̃ ꝛc̃. Ostẽdit ꝙ soli deo offerendum sit sacrificium etiam corporale.

sicut deũ glorificarẽt et gratias agerẽt: nec euanescerent in cogitatiõibus suis: nec populoꝝ erroribus ꝑtim auctores fierẽt: ꝑtim resistere nõ auderent: ꝓfecto ꝯfiterent̃ ꝛ illis imortalibus ac beatis: ꝛ nobis mortalibus ac miseris: vt immortales ac beati esse possimus vnũ deũ deoꝝ colendũ qui ꝛ noster est ꝛ illoꝝ.

¶ Quod vni vero deo sacrificiũ debeatur. Ca. IIII

a Huic nos seruituti: que latria grece dicit̃: siue in quibuſꝗ sacramentis: siue in nobisipsis debemus. Huius enĩ templũ simul omnes ꝛ singuli templa sumus: qꝛ ꝛ omniũ ꝯcordiam ꝛ singulos inhabitare dignat̃: nõ in oibus ꝙ̃ in singulis maior: quĩa nec mole distendit̃: nec partitiõe minuit̃. Cũ ad illum sursum est: eius est altare cor nostrum: eius vnigenito eum sacerdote placamur: ei cruẽtas victimas cedimus: qñ vſꝗ ad sanguinẽ ꝓ eius veritate certamus: ei suauissimũ adolemus incẽsum: cũ in eius ꝯspectu pio sanctoꝗ amore flagramus: ei dona eius in nobis noſꝗ ipsos vouemus ꝛ reddimus: ei beneficioꝝ eius solẽnitatib⁹ festis ꝛ dieb⁹ statutis dicamus/sacramuſꝗ memoriã: ne volumine tẽpoꝝ ingrata subrepat obliuio: ei sacrificamus hostiã humilitatis ꝛ laudis in ara cordis igne feruide charitatis. Ad hũc videndũ sicut videri poterit: eiꝗ coherendũ ab oi pctõꝝ ꝛ cupiditate maloꝝ labe mũdamur: ꝛ ei⁹ noie ꝯsecramur. Ipse enĩ fons nostre beatitudinis: ipse ois appetitiõis est fi/
B nis. Hũc eligẽtes vel potius religẽtes: ami/
b seramus enĩ negligẽtes: hũc ergo religẽtes vnde ꝛ religio dicta ꝑhibet̃: ad eũ dilectiõe tẽdimus: vt ꝑueniẽdo quiescamus: ideo beati: qꝛ illo fine ꝑfecti. Bonũ enĩ nostrũ de cuius fine inter phõs magna ꝯtẽtio est: nullũ est aliud ꝙ̃ illi coherere: cuius vnius anima intellectualis incorporeo: si dici potest amplexu: veris implet̃ fecũdaturꝗ virtutibus. Hoc enĩ bonũ diligere: in toto corde: in tota aia: ꝛ in tota ꝟtute ꝑcipimur. Ad hoc bonũ debemus ꝛ a quibus diligimur duci: ꝛ quos diligimus ducere: sic cõplent̃ duo illa ꝑcepta/in quibus tota lex pẽdet ꝛ ꝓphete: Diliges dñm deũ tuũ in toto corde tuo: ꝛ in tota aia tua: ꝛ in tota mẽte tua: ꝛ diliges proximũ tuũ tanꝙ̃ teipsum. ¶ Ut enĩ homo sese diligere nosset: ꝯstitutus est ei finis q̃ referret oia q̃ ageret/ vt beatus esset. Nõ enĩ q̃ se diligit: aliud esse vult ꝙ̃ beatus. Hic autẽ finis est: adherere deo. Iã igit̃ sciẽti diligere seipm/cõmẽdat̃ de ꝓximo diligendo sicut seipsum. In q̃ qḋ aliud mandat̃: nisi vt ei ꝗ̃tũ põt cõmẽdet diligendũ deũ? Hic ẽ dei cultus: hec vera religio: hec recta pietas: hec tm̃ deo debita ser/
c uitus. Quecũꝗ igit̃ imortalis ptãs quãtalibet virtute ꝑdita: si nos diligit sicut seipam: ei vult esse subditos vt beati simus: cui ꝛ ipsa subdita beata ẽ. Si ꝗ nõ colit deũ misera est: qꝛ deo ꝑuat̃: si aũt colit deũ/ non vult se coli ꝓ deo. Illi enĩ potius diuine snie suffragat̃: ꝛ dilectiõis viribus fauet/q̃ scriptũ est: Sacrificãs dijs eradicabit̃: nisi dño soli. Nã vt alia nũc taceã q̃ ꝑtinent ad religiõis obsequium quo colit̃ deus: sacrificiũ certe nullus hominum est qui audeat dicere deberi: nisi dño soli. Multa deniꝗ de cultu diuino vsurpata sunt: q̃ honoribus deferunt̃ humanis: siue humilitate nimia: siue adulatione pestifera: ita tamen vt quibus ea deferunt/homines haberent̃ qui dicunt̃ colendi ꝛ venerandi: si autem eis multum addit̃ ꝛ adorandi. Quis vero sacrificandum censuit nisi ei quem deũ aut sciuit aut putauit aut finxit? Quod porro antiquus sit in sacrificãdo dei cultus/duo illi frẽs cain ꝛ abel satis indicãt: quoꝝ maioris deus reprobauit sacrificiũ: minoris aspexit.

Matth. 22. a.

¶ Tertia veritas: ꝙ vt homo diligere se nosset/ ꝯstitutus est ei finis quo referret omnia que ageret vt beatus esset. Non enĩ qui se diligit/aliud esse vult ꝙ̃ beatus. Sꝫ oritur dubium contra illud vltimũ dictũ: quia amor amicitie nõ ꝑuenit ordinẽ/nec amorẽ ꝯcupiscentie: ꝛ ideo cũ quilibet diligat seipsum amore amicitie/ꝛ beatitudinem sibi amore ꝯcupiscẽtie: prius diligit seipsum ꝙ̃ appetet sibi seipsum: ꝛ sic non solum aliud/ sed ꝛ prius est seipsum diligere ꝙ̃ beatitudinẽ sibiipsi appetere. Dicit̃ aũt ꝙ hic loquitur aug⁹ de vltimata dilectiõe vtrãꝗ includẽte: non de pma de q̃ ꝓcedit instãtia vero mõ.

Tertia ꝟitas.

C

Epo. 22. c

Gen. 4. a.

legere: Producat terra animam viuētem/ Gen. 1. e.
quando animantia terrestria cūcta creata
sunt? Deinde aliquantis interpositis in eo/
dem tamen ipso libro/quid magnū erat ad
uertere quod scriptū est: Et omnia quę ha/ Gen. 7. d.
bent spiritū vitę/⁊ omnis qui erat super ari
dam mortuus est: cum insinuaret omnia q̄
viuebāt in terra perisse diluuio? Si q̄ ⁊ aiaʒ
viuētē ⁊ spm̄ vitę etiā in pecorib⁹ inuenim⁹:
sicut loqui diuia scriptura ꝯsueuit: ⁊ cum h̄
q̄ loco vbi legit/oīa quę habēt spm̄ vitę
nō grecus pneuma sed pnoen dixit: cur nō
dicim⁹/quid opus erat vt adderet viuentē/
cum aīa nisi viuat esse nō possit? Aut quid
opus erat vt adderet vitę/cum dixisset spi/
ritū? Sed intelligim⁹ spiritū vitę: ⁊ aiam vi F
uentē scripturā suo more dixisse: cū aialia. i.
corpa aiata vellet intelligi/quib⁹ inesset p̄
aiam p̄spicu⁹ iste etiā corpis sensus. In ho/
minis autē ꝯditiōe obliuiscimur quēadmo
dū loqui scriptura ꝯsueuerit: cum suo pror
sus more locuta sit/quo insinuaret hominē
etiam rationali anima accepta/quam nō si
cut aliarū carniū aquis ⁊ terra p̄ducentib⁹
sed deo flante creatā voluit intelligi: sic ta/
men factū vt in corpe aīali q̄d fit aīa in ea
viuēte sicut illa aīalia viueret: de q̄b⁹ dixit:

pducat terra animā viuentē:et quę itidem dixit habuisse in se spiritū vitę: vbi etiam in greco nō dixit pneuma/sed pnoen:nō vtiq spiritūsanctū/sed eorū animā tali exprimēs
G nomine. Si enī dei flatus inquiunt dei ore exisse intelligit:quē si animā crediderim⁹: consequens erit vt eiusdē fateamur esse substantię:paremq illius sapientię/quę dicit:
Eccli.24.a. Ego ex ore altissimi pdiui. Non quidē dixit sapientia ore dei efflatam se fuisse/sed ex eius ore prodisse. Sicut autē nos possum⁹ non de nostra natura qua homines sumus/sed de isto aere circūfuso quē inspirando ac respirando ducimus ac reducimus flatum facere cum sufflamus: ita omnipotens deus non de sua natura neq de subiacenti creatura/sed etiam de nihilo potuit facere flatum:quem corpori hominis inserēdo inspirasse vel insufflasse conuenientissime dictus est/incorporeus incorporeum/sed immutabilis mutabilem: quia non creatus creatum. Verūtamen vt sciant isti qui de scripturis loqui volunt: ꝛ scripturarum locutiōes non aduertunt:non hoc solum dici exire ex ore dei:quod est ęqualis eiusdemq naturę audiant vel legant quod deo dicente scriptū
Apocal.3.c. est: Quoniā tepidus es ꝛ neq calidus neq frigidus incipiam te euomere ex ore meo.
H Nulla itaq causa est cur apertissime loquēti resistamus apostolo/vbi ab spiritali corpore corpus animale discernens:id est ab illo in quo futuri sumus:hoc in quo nunc su
1.Cor.15.f. mus:ait: Seminat corpus animale/surget corpus spiritale: si est corpus animale/est ꝛ spiritale:sicut scriptū est: Factus est prim⁹ homo adam in animā viuentem: nouissim⁹ adam in spiritū viuificantē:sed non primū quod spiritale est/sed quod aīmale/postea quod spiritale. Primus homo de terra terrenus/secūdus homo de cęlo cęlestis. Qualis terrenus tales ꝛ terreni: ꝛ qualis cęlestis tales ꝛ cęlestes. Et quomodo induim⁹ imaginē terreni/induamus ꝛ imaginē eius qui de cęlo est. De quib⁹ omnib⁹ apostolicis verbis superius locuti sum⁹. Corpus igitur animale in quo primū hominē adam factum esse dicit apostol⁹:sic erat factū/nō vt mori omnino nō posset/sed vt nō moreret nisi ho
I mo peccasset. Nam illud quod spiritu viuificante spiritale erit ꝛ immortale/mori omnino nō poterit:sicut anima creata est imortalis:quę licet peccato mortua phibeat/carens quadā vita sua:hoc est dei spiritu/quo etiā sapiēter ꝛ beate viuere poterat:tamen ppria quadā licet misera vita sua non desinit viuere:quia immortalis est creata. Sicut etiā desertores angeli licet fm modum quendā mortui sint peccādo:quia fontem vitę deseruerūt/qui deus est:†qui nō peccādo sapienter beateq poterant viuere:tamē non sic mori potuerūt vt omnino desisterent viuere atq sentire:quoniā immortales creati sunt:atq ita in secundā mortē post vltimū precipitabunt iudicium:vt nec illic vita careant:quādoquidē etiam sensu cum in doloribus futuri sunt non carebunt. Sed homines ad dei gratiā pertinentes ciues sanctorum angelorum in beata vita manētiū/ita spiritalibus corporibus induentur: vt neq peccent amplius neq moriant:ea tamē immortalitate vestiti:quę sicut angelorū nec peccato possit auferri:natura quidē manente carnis/sed nulla omnino carnali corruptibilitate vel tarditate remanēte. Sequit au- K
tem quęstio necessario pertractāda: ꝛ domino deo veritatis adiuuāte soluēda. Si libido mēbrorū inobediētiū ex peccato inobediētię in illis primis hominib⁹ cum illos diuina gratia deseruisset exorta est: vnde i suā nuditatem oculos aperuerunt:id est eā curiosius aduerterunt:et quia impudens motus volūtatis arbitrio resistebat/pudenda texerunt:quomodo essent filios ppagaturi/si vt creati fuerāt sine preuaricatiōe mansissent. Sed quia ꝛ liber iste claudēdus est: nec tāta ista quęstio in sermonis angustias coartanda/in eum qui sequitur cōmodiore disputatiōe differatur.

Al's† qui peccando

Sancti augustini episcopi liber tertiusdecimus de Ciuitate dei explicit.

Annotatio capitulorum decimiquarti libri eiusdem.

¶ Eiusdem diui aurelij Augustini episcopi/ de Ciuitate dei liber quartusdecimus incipit.

¶ Per inobedientiam primi hominis in secundę mortis perpetuitatem ruituros fuisse multos nisi dei gratia liberaret. Caplm̄. I.

A

Expō caplī. I.

Primus iā in superioribus ⁊c. In h' xiiij. libro est intentio principalis aug. agere de ortu duarū ciuitatū specialit̄ in genere humano et illarū ciuitatū qualitate.

Primus iam in superioribus libris ad humanū gen⁹ non solum naturę similitudine sociādū/ verūetiā quadam cognatiōis necessitudine in vnitatē concordē pacis vinculo colligādū/ex hoīe vno deum voluisse hoīes instituere: neq̄ hoc genus fuisse i singulis quibusq̄ moriturū/nisi duo primi quorū creatus est vnus ex nullo/ alter ex illo/id in obediētia meruissent: a q̄bus admissum est tam grande peccatū/vt in deterius eo natura mutaretur humana/ etiam in posteros obligatiōe peccati ⁊ mortis necessitate transmissa. Mortis autē regnum in hoīes vsq̄adeo dominatū est/vt B omnes in secundā quoq̄ mortē/cuius nullus est finis/pena debita pręcipites ageret: nisi inde quosdā indebita dei gratia liberaret: ac per hoc factū est/vt cum tot tantęq̄ gentes per terrarū orbem diuersis ritib⁹ moribusq̄ viuētes/multiplici linguarū/armorum/vestiū/sint varietate distinctę/non tamē amplius q̄ duo quędā genera humanę societatis existerēt: quas ciuitates duas s̄m scripturas nostras merito appellare possumus. Una quippe est hoīm s̄m carnē/altera s̄m spiritū viuere in sui cuiusq̄ generis pacevolentiū: ⁊ cum id quod expetūt assequūtur in sui cuiusq̄ generis pace viuentiū.

¶ De vita carnali quę nō ex corporis tantū sed etiā ex animi sit intelligenda vitiis: Ca. II.

Expositio capituli. II.

Prius ergo ⁊c. In hoc ca. dicit q̄ epicurei posuerunt sūmū bonum in voluptate corporis ⁊ stoici in animo. De opinione tamē epicuri scribit seneca i epistola quadā ad lucillū/quę incipit: Claranum cōdiscipulū/isto modo: Apud epicurū duo bona sūt: ex q̄bus sūmū illud bonū beatūq̄ cōponit̄: vt corp⁹ sine dolore/ animus q̄ sine ꝑturbatiōe sit.

A

Prius ergo videndum est quid sit s̄m carnem viuere/ quid s̄m spiritū viuere. Quisq̄s enim hoc quod diximus prima fronte inspicit/vel non recolēs vel min⁹ aduertēs: quęadmodū scripturę sancte loquan

tur: potest putare philosophos quidem epicureos sm carnē viuere: quia sūmū bonum hois in corpis voluptate posuerūt: et si qui alij sunt qui quoquo modo corpis bonū summū bonū esse hois opinati sūt: et oē corpus vulgus qui nō aliq̄ dogmate vel eo modo philosophank / s pcliues ad libidinē: nisi ex voluptatib⁹ q̄s corporeis sensib⁹ capiunt / gaudere nesciūt. Stoicos autē qui summū bonum hois in animo ponūt sm spiritū viuere: q2 et hois anim⁹ q̄d est nisi spūs? Sed sicut loquitur scriptura diuina / sm carnē viuere vtriq̄ mōstrank. Carnē q̄ppe appellat nō
B solū corp⁹ terreni atq̄ mortalis animātis /
1. Cor. 15. c. veluti cū dicit: Nō ois caro eadē caro: sed alia quidē hois / alia autē caro pecoris / alia volucrū / alia pisciū: sed alijs multis modis significatiōe hui⁹ nois vtitur: iter quos varios locutiōis modos sepe etiā ipm hoiem / id est naturā hois carnē nūcupat: modo lo
Ro. 3. c. cutiōis a parte totum significās: q̄le est: Ex operib⁹ legis nō iustificabit ois caro. Quid eñ hic voluit intelligi nisi oēs hoies? Qd apertius paulopost ait: In lege nemo iustifi
Gal. 3. b. cabitur. Et ad galathas: Sciētes aūt quia nō iustificabit homo ex opibus leg. Scdm
Joh. 1. b. hoc intelligit: Et verbū caro factū est. i. homo. Quod nō recte accipiētes q̄dā / putauerunt christo humanā animā defuisse. Sicut eñ a toto pars accipit: vbi marię magdale
Joh. 20. c. nę verba in euāgelio legunt dicētis: Tulerūt dominū meū et nescio vbi posuerūt eū cū de sola christi carne loqueret: quam pfecto sepultā de monumēto putabat ablatā: ita et a parte totū carne noiata intelligit homo: sicut ea sunt q̄ supra cōmemorauimus.
C Cum igit multis modis (quos pscrutari et colligere longū est) diuina scriptura nuncupet carnē: q̄d sit sm carnē viuere: qđ pfecto malū est: cum ipsa carnis natura nō sit malum / vt indagare possum⁹: inspiciam⁹ diligenter illū locū epistolę pauli apli / quā scri
Gal. 5. d. psit ad galathas: vbi ait: Manifesta autem sunt opera carnis: quę sunt fornicatiōes / immundicię / luxurię / idolorū seruitus / veneficia / inimicitię / contentiōes / emulationes / animositates / dissensiōes / hereses / inuidię / ebrietates / comesatiōes / et his similia: quę p̄dico vobis sicut p̄dixi: quoniā qui talia agūt regnum dei nō possidebūt. Iste totus epistolę apostolicę locus quantū ad rem pręsentē satis esse videbitur cōsiderat⁹ / poterit hanc dissoluere questionē / q̄d sit sm carnem viue
D re. In operib⁹ nāq̄ carnis quę manifesta eē dixit: eaq̄ cōmemorata damnauit: non illa tm̄ inuenimus quę ad voluptatem ptinent carnis: sicuti sunt fornicatiōes / immūdicię / luxurię / ebrietates / comesatiōes: verūetiam illa quibus animi vitia demonstrank a voluptate carnis aliena. Quis eñ seruitutē q̄ idolis exhibetur / veneficia / inimicitias / contentiones / emulatiōes / aiositates / dissensiōes / hereses / inuidias: nō poti⁹ itelligat animi vitia eē q̄ carnis? Qñquidē fieri potest: vt propter idolatriam vel heresis alicuius errorē a voluptatibus carnis temperet: et tamen etiā tunc homo q̄uis carnis libidines continere atq̄ cohibere videat / sm carnem viuere / hac aplica auctē cōuicit: et i eo q̄ abstinet a voluptatibus carnis dānabilia opera carnis agere demōstrat. Quis inimicitias non in animo habeat: aut quis ita loquitur vt inimico suo vel quem putat inimicū dicat malā carnem / ac nō potius malū animū habes aduersum me? Postremo sicut carnalitates (vt ita dicam) si quis audisset nō dubitaret carni tribuere: ita nemo dubitat animositates ad animū pertinere. Cur ergo 1. Timo. 2.
hec oīa et his similia doctor gentium in fide et veritate opa carnis appellat: nisi quia eo locutiōis modo quo totū significatur a parte ipsum hominem vult nomine carnis intelligi?

¶ Peccati causam ex anima nō ex carne prodisse: et corruptionem ex peccato contractā non peccatū esse sed pęnam. Caplm. III.

A Quod si quisq̄ dicit carnē causam esse in malis moribus quorūcūq̄ vitiorū: eo q̄ anima carne affecta sic viuit: pfecto nō vniuersam hois naturā diligenter aduertit. Nā corp⁹ quidem corruptibile aggrauat aiam. Unde etiā idē apostol⁹ agēs de hoc corruptibili corpore de quo pauloante dixerat: Et si exterior homo noster corrumpit: Scimus inq̄t q2 si terrena nostra dom⁹ huius habitatiōis dissoluat q̄ ędificationē habem⁹ a deo domū nō manufactā eternā in cęlis. Etenī in h̄ ingemiscim⁹ habitaculum nostrum quod de cęlo est supinduí cupientes: si tamen induti nō nudi inueniamur. Etenim q̄diu sum⁹ in hac habitatiōe ingemiscim⁹ grauati: eo q̄ nolum⁹ expoliari / sz supuestiri: vt absorbeat mortale a vita. Et aggrauamur igit corruptibili corpe: et ipsi⁹ aggrauatiōis

Quod si quisq̄ etc. In h̄ capitulo ponit versus vergilij v). eneidos exprimētes opinionem platonicam: quę dicit ois mala aie ex corpore contigisse. Unde dicit: Igne⁹ est ollis: More antiquorū comicorū ponit ollis p illis: vigor et cęlestis origo Seminib⁹: et illud intantū faciunt quantū non noxia corpa tardāt: Terrenīq̄ hebetant artus moribundaq̄ membra. Hinc metuunt cupiūtq̄ dolent gaudentq̄: id est has q̄tuor passiones contrahunt a corpore: nec auras Respiciūt clau se tenebris et carcere cęco. Sap. 9. d. 2. Cor. 4. d. 2. Cor. 5. a.

aggrauationis causam: nō naturā substan-
tiāq₃ corporis/sed eius corruptionē scientes/
nolumus corpe expoliari/sed eius immorta-
litate supuestiri. Et tūc ergo erit corp⁹/ sed
quia corruptibile non erit/non aggrauabit.
Sap.9.d. Aggrauat ergo nūc animā corpus corrupti
bile: et deprimit terrena inhabitatio sensuʒ
B multa cogitantē. Ueruntamen qui omnia
anime mala ex corpe putant accidisse/in er-
rore sunt. Quis eñ Uirgilius platonicaʒ
videat luculentis versibus explicare senten-
Eneid.6. tiā dicens: Igneus est ollis vigor ꝛ celestis
origo Seminibus: quantū nō noxia corpa
tardant: Terreniq₃ hebetāt artus moribun
Prima veri- daq₃ mēbra. ¶ Omnesq₃ il-
tas quartideci- las notissimas quattuor
mi libri. animi perturbationes: cu-
piditatē timorem/leticiā
tristiciaʒ: quasi origines
oim peccatoꝝ atq₃ vitio-
rū: volēs intelligi ex cor-
pore accidere: subiungat
ꝛ dicat: Hinc metuūt cu-
piūtq₃ dolēt gaudentq₃:
Al. respiciūt nec auras † Suspiciunt:
vel dispiciūt clause tenebris/ꝛ carcere
ceco. Tñ aliter se habet fi-
des nr̃a: Nam corruptio
corpis que aggrauat ani-
mā: nō peccati pmi ē cau-
sa sed pena: nec caro cor-
ruptibilis aiam peccatri-
cē: sed aia peccatrix fecit
esse corruptibilē carnem.
Ex qua corruptione car-
nis licet existant quedaʒ
incitamēta vitioꝝ et ipsa
desideria vitiosa: nōn ta-
men oīa vite inique vi-
tia tribuenda sunt carni:
ne ab his omnib⁹ purge-
C mus diabolū: qui nō ha-
bet carnem. Et si eñ dia-
bolus fornicator vel ebri-
Al. †hmōi est osus: vel si quid †hui⁹ma-
malum. li est: quod ad carnis pertinet voluptates:
nō potest dici/cuʒ sit etiā taliū peccatoꝝ sua-
sor et instigator occultus: est tamē maxime
superbus atq₃ inuidus. Que illum vitiosi-
2.Pe.2.a. tas sic obtinuit: vt pter hanc esset in car-
ceribus caliginosi hui⁹ aeris eterno suppli-
cio destinat⁹. Hec autē vitia que tenent in
diabolo principatū/ carni tribuit apostol⁹:
quā certuʒ est diabolū nō habere. Dicit eñ
Gal.5.d inimicicias/contentiones/emulatiões/ani-
mositates: inuidias opera esse carnis: quo-
rū omniū maloꝝ caput atq₃ origo superbia
Al. †diabolo. est: que sine †carne regnat in diabolo. Quis

¶ Prima veritas quartidecimi libri ē/ ꝙ quattuor sunt animi perturbatiões. s. cupiditas timor/leticia/tristicia. Et dicit ꝙ iste sūt quasi origines pctōꝝ oim atq₃ vitioꝝ. Et isti dicto adiūgit Augus. alia duo notabilia. Primū ē/ ꝙ ista vitia que in diabolo tenēt principatū: attribuit apl's carni: quā constat diabolum nō habere: vtpote inimicicias/cōtētiões/emulatiões/ inuidias: quarū oim caput ꝛ origo est supbia. Secundū notabile/ꝙ diabolus nō solū est mēdax/ sʒ ꝛ pater mendacij: qꝛ primū mentit⁹ est: quādo scʒ dixit: Nequaq̄ moriemini. Intelligēdū tñ ꝙ quātū ad primuʒ dictū: quedā peccata sunt ab extrinseco: vt illa que sunt ab hoste malo/ et a malo suadente hoste: ꝛ alia ab intrīseco: vtpote ista que insunt a carne: ꝛ oim istoꝝ sunt principia iste quattuor passiones: accipiendo pro cupiditate concupiscentiam.

autē illo est inimicitior sanctis? Quis ad-
uersus eos contentiosior/animosior et ma-
gis emulus atq₃ inuid⁹ inueniṫ. Et hec om-
nia cum habeat sine carne: quomō sunt ista
opera carnis: nisi quia opera sunt hominis:
quem (sicut dixi) nomine carnis appellat?
Non enim habendo carnē quam nō habet
diabolus: sed viuendo fm seipsum: hoc est
fm hominē/factus est homo simil' diabolo:
quia ꝛ ille fm seipsum viuere voluit/ quan-
do in veritate nō stetit: vt non de dei sed de Ioh.8.f.
suo mendaciū loquereṫ: qui nō solum men-
dax/verumetiā mendacij pater est. Primus
est quippe mentitus: et a quo peccatū ab il-
lo cepit esse mendacium.

¶ Quid sit fm hominē: quidve fm deum viuere. Capitulum. IIII.

Cum ergo viuit homo fm hoīem nō A
fm deū/ similis ē diabolo: quia nec
angelo fm angelū/sed fm deum vi-
uendū fuit vt staret i veritate: ꝛ veritatē de
illi⁹ nō de suo mendaciū loquereṫ: Nam et
de homine alio loco idē apl's ait: Si aūt ve- Roma.3.b
ritas dei in meo mēdacio abūdauit. Meū
dixit mendaciū/veritatē dei. Cū itaq₃ viuit
hō fm veritatē: nō viuit fm seipsum/sed fm
deum. Deus est eñ qui dixit: Ego sum veri- Ioh.14.a.
tas. Cū vero viuit fm seipsum: hoc est fm ho-
minē nō fm deum: pfecto fm mendaciū vi-
uit: non qꝛ homo ipse mendaciū est: cum sit
eius auctor et creator deus: qui non est vti-
q₃ auctor creatorq₃ mendacij: sed quia ho-
mo ita factus est rectus: vt nō fm seipsum/
sed fm eum a quo factus est viueret: id est
illius potius q̄ suam faceret voluntatē: nō
autē ita viuere quemadmodū est factus vt
viueret: hoc est mendaciū. Beatus quippe
vult esse etiam nō sic viuendo vt possit esse.
Quid est hac voluntate mēdacius? Unde
nō frustra dici potest omne peccatū esse mē-
dacium: Nō eñ fit peccatū nisi ea volunta-
te qua volumus vt bene sit nobis: vel nolu-
mus vt male sit nobis. Ergo mendaciū est
qd cū fiat vt bene sit nobis: hinc potius ma-
le ē nobis: vel cū fiat vt meli⁹ sit nobis: hic
poti⁹ peius est nobis. Unde hoc/nisi quia de
deo potest bene esse homini quē delinquen-
do deserit: non de seipso scdm quem viuen-
do delinquit? Quod itaq₃ diximus hinc B
extitisse ciuitates duas diuersas inter se at-
q₃ contrarias: ꝙ alij scdm carnē: alij fm spi-
ritum viuerent. Potest etiā isto mō dici: ꝙ
alij scdm hominē: alij scdm deū viuāt. Ap-
tissime quippe Paulus ad Corinthios dicit
Cum eñ inter vos sint emulatio ꝛ cōtētio: 1.Cor.3.a
nōne carnales estis: et scdm hominē ambu-
latis? Qd ergo est ambulare scdm hoīem:
hoc est †scdm hominē viuere: quod a carne Al. †esse carnalem.

id est a parte hois minore itelligit hō. Eos/
dē ipsos q̄ppe dixit supius aiales/q̄s postea
1.Cor.2.c. carnales: ita loquēs: Quis eñ scit inq̄t ho/
minū q̄ sunt hois/nisi spūs hois q̄ i ipo est?
Sic ꝛ q̄ dei sūt nemo scit nisi spūs dei. Nos
aūt inq̄t nō spm̄ hui⁹ mūdi accepim⁹/ſ spm̄
q̄ ex deo est: vt sciam⁹ q̄ a deo donata sunt
nobis: q̄ ꝛ loq̄mur: nō in sapiētię hūanę do
ctis verbis/ſ docti spū/spiritalib⁹ spiritalia
cōparātes. Aialis aūt hō nō pcipit quę sunt
spūs dei: stulticia est eñ illi. Talib⁹ igit̄/id
1.Cor.3.a. est animalib⁹: paulopost dicit: Et ego fra/
tres non potui loqui vobis q̄si spiritalib⁹/ſ
q̄si carnalib⁹. Et illud ex hoc eodē loquēdi
C modo intelligit̄. i. a parte totū. Et ab aīma
nāq̄ ꝛ a carne/q̄ sunt partes hois: potest to
tū significari/qd̄ est hō: atq̄ ita nō est aliud
animalis homo/aliud carnalis: sed idēipse
est vtrūq̄/id est s̄m hoiem viuēs homo: Si
Ro.3.c. cut ꝛ nō aliud q̄ꝫ hoies significant̄: siue vbi
Nō iustifica legit̄: Ex opib⁹ legis nō iustificat̄ oīs ca/
bitur. ro: siue qd̄ scriptū est: Septuagitaq̄nq̄ ani/
Gen.46.c. me descenderūt cū iacob in egyptū. Et ibi
eñ p oēm carnē oīs hō: et ibi p septuaginta
q̄nq̄ aias septuagintaquinq̄ hoies intelli/
1.Cor.2.b. gunt̄. Et qd̄ dictū est: nō in sapientię huma
nę doctis verbis: potuit dici: nō in sapiētię
carnalis: sicut qd̄ dictum est: Scd̄m hoiem
ambulatis: potuit dici/s̄m carnē. Magl au
tē hoc apparuit in his q̄ subiūxit: Cū eñ q̄s
1.Cor.3.a. dicat/ego sum pauli: alius aūt/ego apollo:
nōne hoies estis? Qd̄ dicebat/aiales estis ꝛ
carnales estis: expssi⁹ dixit/homines estis:
quod est s̄m hominē viuitis: nō s̄m deum/
s̄m quē si viueretis dii essetis.

¶ Q̄r de corporis animęq̄ natura tolerabilior quidē platonicorū q̄ꝫ manichęorū sit opinio: sed et ipsi reprobantur: quoniā vitiorū causas naturę carnis ascribūt. Capl'm. V.

A a Non igitur op⁹ est ꝛc. In hoc capitulo dicit.
b ¶ Ut cicero appellat: scꝫ in libris de finibus bonorū ꝛ malorū. Itē infra: c ¶ Qd̄ si ita ē ꝛc. Nota φ eneas duct⁹ ad infernum ꝛ inde ad cāpos elysios/ vt videret patrē suum: hoc quęsiuit a patre: vt fingit Virgi. vi. enei. O pater anchise/an ne aliq̄s ad cęlum hinc ire putādū est Sublimes aias: iterūq̄ ad tarda reuerti Corpa. Itē ifra d ¶ Ut locutor nobilis ꝛc. i. virgilius.

a Non igit̄ op⁹ ē in pctis vitiis neq̄ nr̄is ad creatoris iniuriā carnis accusare naturā: q̄ in genere atq̄ ordie suo bona est: ſ deserto creatore bono viuere s̄m creatū bonū nō est bonū: siue q̄sq̄ s̄m carnē siue s̄m aiam/siue s̄m totū hoiem q̄ constat ex aia ꝛ carne: vnde ꝛ noie solius aię/ꝛ noie soli⁹ carnis significari pōt/eligat viuere. Nā q̄ velut summū bonū laudat aię naturam ꝛ
tanq̄ malū naturā carnis accusat: pfecto
ꝛ animā carnaliter appetit: ꝛ carnē carnali/
ter fugit: quoniā id vanitate sentit humana
non veritate diuina. Non quidē platonici B
sicut manichęi desipiunt: vt tanq̄ mali na/
turā terrena corpora detestent̄: cum omnia
elemēta quib⁹ iste mundus visibilis contre
ctabilisq̄ compact⁹ est: qualitatesq̄ eorum
deo artifici tribuant: verūtamē ex terrenis
artub⁹ moribūdisq̄ membris sic affici ani/
mas opinantur: vt hinc eis sint morbi cu/
piditatū ꝛ timorū ꝛ lęticię siue tristicię: qui
b bus quattuor vł pturbatiōib⁹: vt cicero ap Cicero de finibus bonorū ꝛ malorū.
pellat: vel passionib⁹/vt plerīq̄/verbū ever
bo greco exprimūt: oīs humanorū morū
c vitiositas cōtinet̄. Quod si ita est/quid est
quod eneas apud virgiliū cū audisset a pa/
tre apud inferos aimas rursus ad corpa re/
dituras: hanc opinionē miratur exclamās:
O pater/an ne aliquas ad cęlū hinc ire pu/ Eneidos.vi.
tandum est Sublimes aias: iterūq̄ ad tar/
da reuerti Corpora: quę lucis miseris tā di/
ra cupido? Nunquid nam hęc tam dira cu
pido ex terrenis artubus moribūdisq̄ mē/
bris adhuc inest animaꝝ illi prędicatissimę
puritati? Nōne ab hmōi corporeis vt dicit
pestibus oībus eas asserit esse purgatas:
cum rursus incipiūt in corpa velle reuerti? C
Unde colligit̄ etiam si ita se haberet: quod
est oīno vanissimū: vicissim alternans in/
cessabiliter euntiū atq̄ redeuntiū animarū
mūdatio ꝛ inquinatio: non potuisse veraci/
ter dici oēs culpabiles atq̄ vitiosos mo/
tus animaꝝ eis ex terrenis corporib⁹ inole/
d scere. Si quidē s̄m ipsos illa vt locutor no/
bilis ait: dira cupido/vsq̄adeo nō ē ex cor/
pore/vt ab oīi corporea peste purgatam/ꝛ
extra oē corpus animā constitutā/ipsam
cōpellat esse in corpe. Unde etiā illis fatē/
tibus non ex carne tm̄ afficit̄ aia vt cupiat/
metuat/lętet̄ ꝛ tristet̄: verūetiā ex seipa his
potest motibus agitari.

¶ De qualitate volūtatis humanę sub cuius iudicio affectiōes animi aut praue habētur aut recte: Ca. VI.

A Interest autem qualis sit voluntas
hominis: quia si peruersa est/peruer
sos habebit hos motus: si aūt recta
est/nō solū inculpabiles verūetiā laudabi/
les erūt. Uolūtas est quippe in omnib⁹: im
mo oēs nihil aliud q̄ꝫ volūtates sunt. Nā
quid est cupiditas ꝛ lęticia/nisi volūtas in
eorū cōsensionē q̄ volum⁹? Et quid est me/
tus atq̄ tristicia/nisi volūtas in dissensionē
ab his q̄ nolum⁹? Sed cū consentim⁹ appe/
tendo ea q̄ volum⁹/cupiditas: cū aūt cōsen
timus fruendo his quę volumus/lęticia vo
cat̄. Itemq̄

catur. Itē cū dissentim⁹ ab eo qđ accide/re nolum⁹/talis voluntas met⁹ est: cum au/tem dissentim⁹ ab eo qđ nolentibus accidit talis voluntas tristicia est. Et omino p va/rietate rerū que appetunt atq; fugiuntur: si cut allicit vel offendit voluntas hominis: ita in hos vel illos affectus mutat & vertit.

B Quapropter homo qui sm deū non sm ho minē viuit/oportet vt sit amator boni: vn/de fit consequēs vt malū oderit. Et quoniā nemo natura/sed quisqs mal⁹ est vitio ma/lus est: perfectū odium debet malis qui sm deū viuit: vt nec pp̄ter vitium oderit homi nem: nec amet vitiū pp̄ter hominē: sed ode rit vitiū/amet hominē. Sanato enim vitio totum quod amare/nihil aūt quod debeat odisse remanebit.

Amorem et delectationē indiffe renter et in bono et in malo apud sacras litteras inueniri. Ca. VII.

Expositio cap. VII.

A Nam cui⁹ p/positū &c. In fine hui⁹ capituli dicit

b Cicero magis egritudinem appel/lat. s. in libro de finib⁹ bonorum et malorum.

c Dolorē autē vir gilius. s. vi. eneid. vbi ait: gaudentq; dolētq;: sed illi malunt. s. plato/nici tristiciam dicere q̄ egritudinem.

a Nam cui⁹ p̄po situ est amare deū/et nō sm hoiem s sm deū ama re primū/sicut etiam seipsū: p̄culdubio p pter hūc amorē dr vo/lūtatis bone: q̄ vsita/tius in scp̄turis sacris charitas appellat: sed amor quoq; sm easdē sacras litteras dicitur. Nam & amatorē boni

Tith. 2. d. dicit apostol⁹ esse debere/quē regēdo popu lo precipit eligēdū. Et ipse domin⁹ petrum

Joh. 21. d. apostolum interrogans/cum dixisset: Dili/gis me plus his? ille respondit: Domine tu scis quia amo te. Et iterū domin⁹ quesiuit: nō vtrum amaret/sed vtrum diligeret eum petrus. At ille respōdit ei iterū: Domine tu scis q2 amo te. Tertia vero interrogatiōe et ipse iesus non ait: diligis me/sed amas me: vbi secutus ait euangelista: Contristat⁹ est petrus quia dixit ei tertio/amas me: cū do/minus nō tertio sed semel dixerit amas me: bis autem dixerit diligis me. Unde intelli/gimus: quia cum dicebat dominus/diligis me: nihil aliud dicebat q̄ amas me. Petr⁹ autem non mutauit huius vnius rei verbū sed etiā tertio domine inquit tu oīa scis: tu scis quia amo te. Hoc propterea comme morandū putaui: quia nōnulli arbitrantur aliud esse dilectionē siue charitatem/aliud

B amorē. Dicunt enim dilectionem accipien/dam esse in bono/amorem in malo. Sic au/tē nec ipsos auctores secularū litterarū lo/cutos esse certissimū est.

Sed viderint philo sophi vtrū vel qua ra/tione ista discernant. Amorē tamē eos ī bo nis rebus et erga ipm deum magnipēdere li bri corū satis loquun tur. Sed scripturas re ligionis nostrę (quaꝝ auctoritatē ceteris q/busq; litteris antepo/nimus) nō aliud dice/re amorē/aliud dilectionē vel charitatē insi nuandum fuit: nam et amorē in bono dici iam ostendim⁹. Sed ne quis existimet amo rem quidē & in bono et in malo/dilectionē autem nō nisi in bono esse dicendā: illud at/tendat quod in psalmo scriptū est: Qui au tem diligit iniquitatē/odit animā suam. Et illud apostoli iohānis: Si qs dilexerit mū/dū/nō est dilectio patris in eo. Ecce vno lo co dilectio/& in bono & in malo. Amorē au/tem in malo: quia in bono iam ostēdimus: ne quisq; flagitet/legat quod scriptum est: Erunt enim homines seipsos amātes: ama tores vtiq; pecunię. Recta itaq; voluntas est bonus amor/et voluntas peruersa mal⁹ amor. Amor ergo inhiās habere quod ama tur/cupiditas est: id aūt habens eoq; fruēs leticia. Fugiens quod ei aduersatur/timor est: idq; si acciderit sentiens/tristicia est. Proinde mala sunt ista/si malus est amor: bona/si bonus: quod dicimus/de scripturis probemus. Concupiscit apostolus dissolui & esse cum christo: et/Cōcupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omī tēpore. Uel si accōmodatius dicitur: Desiderauit anima mea concupiscere iudicia tua: et/Concupi/scentia sapientię perducit ad regnū. Hoc ta men loquendi obtinuit cōsuetudo: vt si cu piditas vel concupiscētia dicatur: nec ad/datur cuius rei sit: nō nisi in malo possit in/telligi. Leticia apud psalmistā in bono est: Letamini in domino & exultate iusti: et/De disti leticiam in corde meo: &/Adimplebis me leticia cū vultu tuo. Timor in bono est apud apostolum/vbi ait: Cum timore & tre more vestram ipsorum salutem operamini: et/Noli altū sapere sed time: et/Timeo au/tem ne sicut serpens euam seduxit astutia sua: sic & vestrę mentes corrumpantur a ca/stitate que est in christo. De tristicia vo quā

b cicero magis egritudinem appellat: dolo/

c rem autem virgilius/vbi ait: Dolentq; gau dentq;: sed ideo maluit tristiciam dicere: q2 egritudo vel dolor vsitatius in corpib⁹ di/citur: scrupulosior questio est/vtrum inue/niri possit in bono.

Secūda vltas/q2 licz p̄bi acceperint dilectionē in bona significatione/et amorē in mala semp: ta/men scripture religionis nostre (quaꝝ auctoritatē ceteris omnib⁹ antepont mus) nō aliđ dicere amo rem/& aliud dilectionem insinuandū fuit. Et dicit q̄ recta volūtas est bon⁹ amor/et peruersa malus amor: amor autē inhiās ait habere quod amatur cupiditas est.

Secūda vltas

C

Ps. 10. b.

1. Joh. 2. c.

2. Timo. 3. a.

D

Phil. 1. d.

Ps. 118. c.

Sap. 6. c.

Ps. 31. c.

Ps. 4. b.

Ps. 15. c.

Phil. 2. b.

Ro. 11. c.

2. Cor. 11. a.

Cicero i libro de finibus bo noꝝ & maloꝝ.

Eneidos. vi.

E

¶ De trib⁹ perturbati/
tionib⁹ quas in animo
sapientis stoici esse vo/
luerunt: exclusis dolo/
re siue tristicia quā vir
tus animi sentire nō de
beat. Capitulū. VIII.

Quas enī greci appel
lāt eupathias: lati/
ne autē Cicero con
stantias nominauit.

¶ Stoici tres
esse voluerūt
p trib⁹ ptur/
bationibus i
animo sapiē/
tis: p cupidi
tate volunta
tē: p leticia
gaudiū: pro
metu cautio
nē: p egritu/
dine vero vl' do
lore quā nos
vitāde ambi
guitatis gra

¶ Tertia veritas |
q stoici posuerūt
in aīas nostras
tres cōstātias p
trib⁹ pturbatiōi/
bus: p cupidita/
te volūtatē: p le/
ticia gaudiū: pro
metu cautiōē: p
tristicia vero nega
uerūt esse aliqd i
alo sapientis: qr
tristicia est de ma
lo quod iā acci/
dit: nullū aūt ma
lū estimāt posse
cadere in animo
sapientis.

tristiciā maluim⁹ dicere: ne/
gauerūt eē posse aliqd i ani/
mo sapiētis. Volūtas quip/
pe inquiūt appetit bonū qd
facit sapiēs. Gaudiū d bono
adepto est: qd vbiq adipi/
scit sapiens. Cautio deuitat
malū qd debet sapiens deui
tare. Tristicia porro quia de
malo est qd iā accidit: nullū
autem malū existimāt posse
accidere sapiēti: nihil in ei⁹
animo pro illa esse posse di/
xerunt. Sic ergo illi loquun
tur: vt velle/gaudere cauere
negēt nisi sapientē: stultū au
tē nō nisi cupere/letari/metu
ere/contristari. Et illas tres
esse constantias: has aūt qt/
tuor pturbationes sm Cice/
ronē: sm plurimos autē pas/
siones. Grece autē ille tres si
cut dixi: appellantur eupa/
thie: iste autē quattuor pa/
the. Hec locutio vtrū scriptu/
ris sanctis cōgruat: cū quere
rē quantū potui diligēter il/
lud inueni/quod ait ppheta
Nō est gaudere impijs dicit
dns: tanq impij letari pos/
sint potius q gaudere d ma
lis: quia gaudium pprie bo/
norum et piorū est. Itē illud in euangelio:

¶ Quecūq vultis vt faci
ant vobis homines/hec z
vos facite illis: ita dictuz
videtur tanq nemo possit
aliqd male vl' turpiter vel
le/sed cupere. Deniq pro
pter cōsuetudinē locutio/
nis/nōnulli interptes ad/
diderūt/bona: z ita interp
tati sūt: Quecūq vultl vt

¶ Quarta veritas
q christus dixit in
euangelio: Omnia
quecunq vultis vt
faciant vobis homi
nes: hec et vos faci
te ill: ideo dixit vul
tis/z nō cupitis: qa
in hospitio volunta
tis est ista lex obser/
uanda ūn.

Quarta veritas. Mat. 7. b.

faciāt vobis hoies bona. Cauēdū enī puta
uerūt ne qsq inhonesta velit sibi fieri ab ho
minib⁹: vt de turpiorib⁹ taceā: certe luxurio
sa cōuiuia: in quib⁹ se si z ipse illis faciat silia
hoc pceptū existimet impleturū. Sz i greco
euāgelio vn i latinū trāslatū est nō legit/bo
na: sed quecūq vultl vt faciāt vobis homi
nes: hec z facite illis: credo ppterea/ qr i eo
q dixit vultis: iā voluit intelligi bona: non
enī ait cupitis sed vultis. Nō tn̄ semp his p
prietatib⁹ locutio nostra frenāda est: sed in/
terdū his vtendū est. Et cū legim⁹ eos quo
rū auctoritati resultare fas nō est: ibi sūt itel
ligēde vbi rect⁹ sensus aliū exitū nō pōt iue/
nire: sicut ista sunt: q exēpli gra partim ex p
pheta/ partim ex euāgelio cōmemorauim⁹.
Quis enī nescit impios exultari leticia. Et tn̄ C
nō est gaudere impijs dicit dns. Unde: nisi
quia gaudere aliud est qn̄ pprie signateq
hoc verbū ponit? Itē quis negauerit nō re/
cte pcipi hoibus: vt quecunq sibi ab alijs
fieri cupiunt/hec eis z ipsi faciant: ne se inui
cē turpitudine illicite voluptatis oblectēt:
z tamē saluberrimū verissimūq pceptū est:
Quecūq vultl vt faciāt vobis hoies: eadē
et vos facite ill? Et hoc vnde: nisi quia hoc
loco modo quodā pprio volūtas posita est
que in malo accipi nō potest? Locutiōe vero
vsitatiore quā frequentat maxime cōsuetu/
do sermonis: non vtiq diceret: Noli velle Eccl. 7. b.
mentiri omne mendaciū: nisi esset z volun/
tas mala: a cui⁹ prauitate illa distinguitur
quā pdicauerūt angeli dicentes: Pax in ter Lu. 2. b.
ra hominib⁹ bone voluntatis: Nam ex abū
dantia additum est/bone: si esse non potest
nisi bona. Quid autē magnū in charitatis
laudib⁹ dixisset apostol⁹/q non gaudeat su
per iniquitate: nisi quia ita malignitas gau
det? Nam z apud auctores secularium lit/ D
terarum/talis istorum verborum indifferen 1. Corin. 13. b.
b tia repentur. Ait enim Cicero orator am/ Tullius lib. i. inuectiuarū.
plissimus: Cupio patres conscripti vos esse
clementes. Quia hoc verbum in bono po/
suit: quis tam peruerse doct⁹ existat: qui nō
eū cupio/sed volo poti⁹ dicere debuisse con
c tēdat? Porro apud terētiū flagitiosus ado Terentius in Andria.
lescēs insana flagrās cupidine: Nihil volo

¶ Expo. cap. VIII.

a Quas enīz greci zc.
Nota ad intel/
lectum horum
A que hic dicūtur
q stoici posue/
runt nullam de
quattuor passio
nibus qs cicero
Tertia veritas vocat pturbati/
ones: vt supra
patuit/ cadere i
sapiētem. Has
passiōes vocat
hic cupiditatē z
leticiaz/metū et
tristiciā: que gre
ce pathe dicun/
tur. Sed loco
istarū trium pas
sionum posue/
runt tres qlita/
tes: quas greci
eupathias: id ē
passiōes bonas
vocant: z cicero
vocat cōstātias.
Harū pmā vo/
cant voluntatez
loco cupiditat
loco leticie gau/
dium: loco me/
tus vel timoris
cautionē: tristi/
ciam autem nec
aliquā constan/
tiam loco eius
posuerūt cade/
re in sapientem
Est enī de ma/
lo quod iam ac/
cidit: sed sapiēti
cui accidit cau/
tio cōtra malum
nō pōt sm eos
malū accidere.
b ¶ Ait enim
zc. Ostendens
aūt Aug⁹ nomi
na passionū ac/
cipi in bono: exē
plificat pmo de
cupiditate: idu/
cens auctorita/
tem Tullij lib.
j. inuectiuaz in
B catilinario / vbi
dicit: Cupio pa
tres cōscripti vos
esse dementes.
c ¶ Porro a/
pud Teren/
tium flagitio
sus zc. Itez q
volūtas accipi/
atur in malo: q
ss nomē est

alitud inquit nisi philomenā Quā voluntatē fuisse libidinē: responsioque ibi serui ei⁹ senioris inducitur satis indicat. Ait nāqʒ dn̄o suo: Quāto satius est te id dare operam: qui istum amorē ex animo amoueas tuo: q̄ȝ id loq̄ quo magis libido frustra accendatur tua. a Gaudium vo cos ꝛ in malo posuisse illeipse virgilianus testis est versus: vbi has quattuor ꝑturbatiōes sūma breuitate complexus est: Hinc metuūt cupiuntqȝ dolent gaudentqȝ. Dixit etiā idē auctor: Mala mentis gaudia. Proinde volunt/cauent/timent/gaudent et boni et mali. Atqȝ vt eadem alijs verbis enunciemus: cupiunt/timent/lętantur et boni et mali. Sed illi bene: isti male: sicut hominibus seu recta seu peruersa voluntas est. Ipsa quoqȝ tristicia pro qua Stoici nihil in animo sapiētis inuenirι posse putauerūt: reperiṫ i bono: ꝛ maxime apud nos. Nam laudat aptus Corinthios ꝙ contristati fuerint ſm deum. Sed fortasse quis dixerit illis apostolū fuisse congratulatū ꝙ contristati fuerūt pęnitendo: qualis tristicia nisi eorū qui peccauerūt esse nō potest. Ita enim dicit: Video ꝙ epistola illa etsi ad horam cōtristauit vos: nūc vo gaudeo: non quia cōtristati estis: sed qꝛ ꝯtristati estis ad pęnitētiā: Cōtristati eñ estis ſm deū: vt in nullo detrimētū patiamini ex nobis. Quę enim ſm deum est tristicia: pęnitentiam in salutē stabilem operaṫ: mundi aūt tristicia mortē operaṫ. Ecce eñ idipsum ſm deū contristari/ quantā ꝑfecit in vobis industriā. Ac ꝑ hoc possunt stoici ꝓ suis partib⁹ respōdere: ad hoc videri vtilem esse tristiciā vt peccasse pęniteat: i animo autē sapientis ideo esse nō posse: qꝛ nec peccatum in eū cadit cui⁹ pęnitētia cōtristeṫ: nec vllū aliud malū qđ ꝑpetiēdo ꝛ sentiendo sit tristis. b Nam ꝛ alcibiadē ferunt (si me de nomine hominis memoria nō fallit) cū sibi beat⁹ videreṫ: socrate disputāte/ et ei q̄ȝ miser esset qm̄ stult⁹ esset demōstrāte/ fleuisse. Huic ergo stulticia fuit causa etiā huius vtilis optādęqȝ tristicię: qua hō eē se dolet qđ esse nō debet. Stoici autē nō stultū/ ſȝ sapientē aiūt tristē esse nō posse.

De perturbationibus animi: quarum affectus rectos habet vita iustorum. Capitulum. IX

Verum his ꝑbis quod ad istā questionē de animi ꝑturbationib⁹ attinet: iā respōdim⁹ i nouo hui⁹ opis libro: ostendētes eos nō tā de reb⁹ q̄ȝ de verbis cupidiores esse cōtentionis q̄ȝ veritatis. Apud nos aūt iuxta scripturas sacras sanāqȝ doctrinā ciues sanctę ciuitatis dei in huius vitę peregrinatione ſm deū viuētes: metuunt/cupiūtqȝ/dolent gaudentqȝ. Et quia rect⁹ ē amor eoꝝ: istas oēs affectiōes rectas habēt. Metuunt pęnā ęternā: cupiunt vitā ęternam: dolēt in re: qꝛ ipsi in semetipsis adhuc ingemiscūt adoptionē: expectantes redemptionē corꝑis sui. Gaudēt in spe: qꝛ fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors i victoria. Item metuunt peccare: cupiūt ꝑseuerare: dolent in peccatis: gaudēt in operibus bonis. Ut eñ metuant peccare/ audiant: Quoniā abundabit iniquitas: refrigescet charitas multoꝝ. Ut cupiant perseuerare audiant quod scriptū est: Qui ꝑseuerauerit vsqȝ in finem hic saluus erit. Ut doleant in peccatis/ audiāt: Si dixerim⁹ qꝛ peccatū nō habem⁹: nosipsos seducimus: ꝛ veritas in nobis nō est. Ut gaudeant in operibus bonis: audiāt: Hilarē datorē diligit deus. Itē sicuti se īfirmitas eoꝝ firmitasqȝ habuerit: metuūt tēptari: cupiunt tēptari: dolent in tēptationib⁹: gaudent in tēptationibus. Ut eñ metuāt tēptari/ audiant: Si q̄s ꝑoccupatus fuerit in aliquo delicto: vos q̄ spiritales estis: instruite hmōi in spiritu mānsuetudinis: intendens teipsum ne ꝛ tu tempteris. Ut autē cupiant temptari: audiant quēdā virū fortē ciuitatis dei dicentē: Proba me dn̄e et tempta me: vre renes meos et cor meū. Ut doleant in temptationibus vident petrū flentē. Ut gaudeāt in temptationib⁹/ audiant Jacobū dicentē: Omne gaudiū existimate fratres mei cū in temptationes varias incideritis. Nō solum aūt ꝓpter semetipsos his mouentur affectibus: verū etiam ꝓpter eos quos liberari cupiūt: et ne pereant metuunt: ꝛ dolent si pereūt: et gaudent si liberanṫ. Illū quippe optimū et fortissimū virū qui in suis infirmitatib⁹ gl̄iaṫ:

Margin: Eneid.6 — 2.Cor.7.b. — Rom.8.e — i.Cor.15.e — Mat.24.b — Mat.10.e — i.Joh.1.d — 2.Cor.9.b — Gal.6.a. — Ps.138.d. — Jac.1.a — 2.Cor.11.b — A — B — C

Nomen est constantię: quā loco cupiditatis ponāt stoici cadere i sapientē: ꝓbat/ inducens illud Terentij: qđ in ꝑsona libidinosi adolescētis diciṫ in Andria: Nihil aliud volo nisi philomenā: nomen ē cuiusdā meretricis. Voluntatem hic ꝓ libidine accipi ꝓbat ex responsione serui: qui ibi birria vocaṫ dicentis: Quāto satius est te ꝛc. q̄ȝ illud loqui q̄ magis libido frustra accendatur tua.

a Gaudiū vo ꝛc. Qꝛ etiā gaudiū in malo ponaṫ: probat ex versu Virgilij. vj. eneidos/ vbi diciṫ: Hinc metuunt cupiuntqȝ/ dolent/ gaudentqȝ. Et Boecius libro primo de consolatione: hortās fugere has passiōes dix: Gaudia pelle: pelle timorem.

b Nam et Alcibiadem ferunt (si me de nomie hominis) ꝛc. De Alcibiade legitur apud Diogenem laercium in vita Socratis. Et Plutarchum in vita alcibiadis. Hunc Alcibiadem: q̄ discipulus Socratis fuit: vocat Eusebius in chronicis Alcibiadem socraticum: qui Alcibiades fuit tēpore Artaxerxis regis Persarum: qui in libro Hester per totū diciṫ Assuerus.

vt eum potissimũ commemoremus: quem
in ecclesia Christi ex gentibus inuenimus/
1.Timo.2.b. doctorem gentium in fide ꝛ veritate: qui et
1.Cor.15.b. plus omnibus suis coapostolis laborauit:
ꝛ pluribus epistolis populos dei: nõ eos tñ
qui p̃sentes ab illo videbantur/ verumetiã
illos qui futuri preuidebant instruxit: illuꝫ
inquam verum athletaꝫ christi: doctum ab
illo/ vnctum de illo/ crucifixũ cum illo/ glo/
1.Cor.b. riosum in illo: in theatro hui⁹ mundi cui spe
ctaculum factus est: ꝛ angelis ꝛ hominibus
Phil.3.b. legitime magno agone certantẽ: ꝛ palmam
superne vocationis in anteriora sectantem
Roma.12.c. oculis fidei libentissime spectantẽ: gaudere
2.Cor.7.b. cum gaudẽtibus/ flere cũ flẽtibus: foris ha/
Phil.1.d. bentẽ pugnas/ intus timores: cupientẽ dis/
Roma.1.b solui et esse cum christo: desiderantẽ videre
romanos/ vt aliquem fructũ habeat in illis
2.Cor.11.a. sicut ꝛ in ceteris gentibus: emulantẽ corin/
thios/ ꝛ ipsa emulatione metuentẽ ne sedu/
cantur eorũ mentes a castitate que in chri/
Roma.9.a. sto est: magnam tristiciã et continuũ dolo/
Ibidẽ.10.a. rem cordis de israelitis habentẽ/ ꝙ ignoran
tes dei iusticiam ꝛ suam volentes constitu/
ere: iusticie dei nõ essent subiecti: nec solum
2.Cor.12.f. dolorem/ verumetiã luctum suũ denuncian
tem quibusdam qui ante peccauerũt: ꝛ non
egerunt penitentiã super immundicia ꝛ for
nicationibus suis. Hi motus/ hi affectus de
amore boni et de sancta charitate veniẽtes:
si vitia vocãda sunt: sinamus vt ea que ve/
ra vitia sunt virtutes vocentur. Sed cuꝫ re
ctam rationem sequantur iste affectiones:
quando vbi oportet adhibentur: quis eas
tunc morbidas seu vitiosas passiones au/
D deat dicere? Q̃obrem etiã ipse dñs in for/
Phil.2.a. ma serui agere vitam dignatus humanam:
1.Pet.2.d sed nullũ habens omnino peccatũ: adhibu
it eas vbi adhibendas esse indicauit. Neqꝫ
enĩ in quo verum erat hominis corpus ꝛ ve
rus hominis animus/ falsus erat humanus
affectus. Cum ergo eius in euãgelio ista re/
Mar.3.a. feruntꝛ ꝙ super duricia cordis iudeorũ cum
Jo.11.b.a.c. ira contristatus sit: ꝙ dixerit: Gaudeo pro/
pter vos vt credatis: ꝙ Lazarum resuscita/
Lu.22.b. turus etiã lachrymas fuderit: ꝙ cõcupiue/
rit cum discipulis suis manducare pascha:
Mat.26.d. ꝙ ꝓpinquante passione tristis fuerit anima
eius vsqꝫ ad mortẽ: nõ falso vtiqꝫ referũtur.
Uerum ille hos motus certe dispensatio/
nis gratia: ita cũ voluit suscepit animo hu/
mano: vt cũ voluit factus est homo. Proin
de quod fatendũ est: etiã cũ rectas et ſm de
um habemus has affectiones: hui⁹ vite sũt
nõ illius quam futuram speramus: et sepe il
lis etiã inuiti cedimus. Itaqꝫ aliquando q̃s
uis nõ culpabili cupiditate/ ſ laudabili cha
ritate moueamur: etiã dũ nolum⁹ flemus.

¶ Habemus ergo eas ex
humane ꝯditionis infir/
mitate: nõ aũt ita dñs ie
sus: cui⁹ ꝛ infirmitas fuit
ex ptãte. Sed dũ vite hu
ius infirmitateꝫ gerim⁹ si
eas oĩno nllas habeam⁹
tũc poti⁹ nõ recte viuim⁹.
Uitupabat enĩ ꝛ detesta
batꝛ apl's q̃sdã quos etiã
2.Timo.3.a esse dixit sine affectõe. Il
los etiã culpauit sacer psalm⁹: de quib⁹ ait:
Sustinui q̃ simul ꝯtristaretꝛ ꝛ nõ fuit. Nam Ps.68.c
omino nõ dolere dũ sum⁹ in hoc loco mise/
rie: ꝓfecto sicut quidã etiã apud seculi hui⁹
litteratos sensit ꝛ dixit: nõ sine magna mer/
cede cõtingit immanitatis in animo/ stupo
ris in corpe. Quocirca illa q̃ apathia grece E
dicitꝛ: q̃ si latine posset/ impassibilitas dice/
retꝛ: si ita intelligẽda est: in animo quippe nõ
in corpe accipitꝛ: vt sine his affectionib⁹ vi/
uatꝛ: que ꝯtra rationẽ accidũt mentẽqꝫ ꝑtur
bãt: bona plane et maxime optãda ẽ: sꝫ nec
ipsa hui⁹ est vite. Non enĩ qualiũcunqꝫ ho/
minum vox est/ sed maxime piorum multũ
qꝫ iustorũ atqꝫ sanctorũ. Si dixerim⁹ quoni 1.Job.1.c
am peccatũ nõ habemus/ nosipsos seduci/
m⁹: ꝛ veritas in nobis nõ est. Tũc itaqꝫ apa
thia ista erit: qñ peccatũ in hoie nullũ erit.
¶ Nunc ṽo satis bene vi
uitꝛ sine crimine: sine pec/
cato autẽ qui se viuere exi
stimat: nõ id agit vt pctm̃
nõ habeat/ ſ vt veniaꝫ nõ
accipiat: porro si apathia
illa dicenda est cũ animũ
cõtingere oĩno nõ potest
vllus affectus: quis hunc
stuporem nõ omnibus vi
tijs iudicet esse peiorem?
Potest ergo non absurde F
dici perfectam beatitudi/
neꝫ sine stimulo timoris et sine vlla tristicia
futurã. Nõ ibi aũt futurũ amorẽ gaudiũqꝫ
quis dixerit: nisi oĩmodo a veritate seclu/
sus. Si autem apathia illa est: vbi nec met⁹
vllus exterret: nec angit dolor/ auersanda ẽ
in hac vita: si recte hoc ẽ ſm deũ viuere vo
lum⁹. In illa ṽo beata que sempiterna pro/
mittitꝛ/ timor plane superand⁹ ẽ. Timor nã/
qꝫ ille de quo dicit apostolus Johãnes: Ti/ 1.Joh.4.d
mor nõ ẽ in charitate: sed perfecta charitas
foras mittit timorẽ: qꝛ timor penã habet: q̃
aũt timet nõ ẽ ꝑfect⁹ in charitate: nõ est eius
generis timor cui⁹ ille quo timebat apostol⁹
Paul⁹ ne corithũ serpẽtina seducerentꝛ astu 2.Cor.11.a
tia: hũc enĩ timorem habet charitas: immo
nõ habebit nisi charitas: sed illi⁹ est generis

¶ Quinta veritas/ ꝙ passiones huma/ nas nos habem⁹/ et ex humane ꝯditiõis infirmitate: nõ inq̃t ita dñs iesus: cuius infirmitas fuit ex potestate: Ex quo dicto accipitur ista vulgatissima distinctio: ꝙ pene peccati a Christo fuerunt originaliter inflicte. — Quinta veritas

¶ Sexta veritas/ ꝙ nũc satis bene viuitꝛ si sine crimine viuitꝛ: sine pctõ aũt q̃ se viuere existimat: nõ id agit vt non habeat peccatũ/ sꝫ vt veniã nõ accipiat. Ex quo dicto accipitꝛ documẽtũ/ ꝙ licet in hac vita nullus possit viuere sine peccato veniali/ tamẽ bene sine mortali: q̃d peccatũ hic intelligit nomine criminis. — Sexta veritas

timoꝛ qui nō est in charitate: de quo et ipse
Ro. 8.c. apl̄us paulus ait: Nō enī̄ accepistis spm̄ ser
uitutis iterū in timoꝛe
Septima veritas ¶ Timoꝛ vō iste cast⁹
Ps. 18.c. ꝑmanens in seculū se
culi/si erit et in futuro
seculo: nā alio mō nō
potest itelligi ꝑmane/
re in seculū seculi: nō
erit timoꝛ exterrens a
malo qđ accidere po/
test/sed tenēs in bono
quod amitti nō pōt. Ubi enim boni adepti
amoꝛ immutabilis est/ ꝑfecto si dici potest
mali cauendi timoꝛ secur⁹ est. Timoꝛis q̄p/
pe casti nomine ea volūtas significata est/
qua nos necesse erit nolle peccare: ꝛ nō solli
citudine infirmitatis/ne forte peccemus: sꝫ
tranquillitate charitatis cauere peccatum.
Aut si null⁹ oīno generis timoꝛ esse pote
rit in illa certissima securitate ꝑpetuoꝝ feli
ciumq̄ꝫ gaudioꝝ: sic dictū est: timoꝛ dn̄i ca
stus ꝑmanens in seculū seculi: quēadmodū
Ps. 9.d. dictū est: Patientia pauperū non peribit in
eternū. Neq̄ꝫ enī̄ eterna erit ipsa patiētia: q̄
necessaria nō est nisi vbi toleranda sunt ma
la: sed eternū erit quo per patientiā ꝑuenit.
Ita fortasse timoꝛ castus in seculū seculi di
ctus est ꝑmanere: quia id ꝑmanebit quo ti/
G moꝛ ipse perducit. Que cum ita sint: qm̄ re/
cta vita dicenda est qua perueniendū sit ad
beatā: oēs affectus istos vita recta rectos
habet/ꝑuersa ꝑuersos. Beata vero eadēq̄ꝫ
eterna amoꝛē hēbit ꝛ gaudiū: nō solū rectū/
verūetiā iam certū: timoꝛē autē et doloꝛem
nullū. Unde iam apparet vtcūq̄ꝫ quales eē
debeant in hac ꝑegrinatiōe ciues ciuitatis
dei: viuētes sm̄ spiritū/nō sm̄ carnē: hoc est
sm̄ deū/nō sm̄ hominē: ꝛ quales in illa quo
tendunt immoꝛtalitate futuri sint. Ciuitas
poꝛro/hoc est societas impioꝝ/nō sm̄ deū/
sed sm̄ hominē viuentiū: ꝛ in ipso cultu fal
se cōtēptuq̄ꝫ vere diuinitatis doctrinas ho
minū demonūve sectantiū his affectib⁹ pra
uis tanq̄ꝫ moꝛbis ꝛ perturbatiōibus quatit.
Et si quos ciues habet qui moderari tales
motus et eos quasi temperare videant: sic
impietate superbia elati sūt/vt hoc ipso sint
in eis maioꝛes timoꝛes/quo minoꝛes dolo/
res. Et si nōnulli tanto imanioꝛe quanto ra
rioꝛe vanitate hoc in seipsis adamauerint:
vt nullo pꝛoꝛsus erigant et excitent: nullo
flectant atq̄ꝫ inclinent affectu/humanitatē
totā potius amittūt/q̄ꝫ verā assequant tran
quillitatē. Nō enī̄ quia durū aliq̄d ideo re/
ctum: aut quia stupidū est ideo sanū.

> ¶ Septima veritas/q̄ ti
> moꝛ castus erit in patria
> sm̄ illud ꝓpheticum: Ti
> moꝛ dn̄i sanct⁹ (vel cast⁹)
> manet in seculū seculi: qꝛ
> si dici inde pōt/mali cauē
> di timoꝛ secur⁹ est. Timo
> ris casti inde q̄ppe nomi
> ne ea volūtas significata
> est q̄ nos necesse erit nol/
> le peccare.

¶ An pꝛimos homines in paradi/so constitutos nullis perturbatiōi/bus pꝛius q̄ꝫ deliquerint affectos fuisse credendū sit. Caplm̄. X.

SEd verū pꝛimus homo vel pꝛimi ho A
mines (duoꝝ erat quippe cōiugiū)
habebāt istos affectus in coꝛpe ani
mali ante peccatū: quales in coꝛpe spiritali
nō habebim⁹ oī purgato finitoq̄ꝫ peccato
nō īmerito querit. Si enī̄ habebāt/quō erāt
beati in illo memoꝛabili beatitudinis loco/
id est in paradiso? Quis tandē absolute di
ci beatus potest: qui timoꝛe afficit vel dolo
re? Quid aūt timere vel dolere poterant illi
homines in tantoꝝ tāta affluētia bonoꝝ:
vbi nec moꝛs metuebat: nec vlla coꝛpis ma
la valitudo: nec aberat q̄cq̄ꝫ quod bona vo
luntas adipisceret: nec inerat qđ carnē ani/
mum ve hoīs feliciter viuentis offenderet?
Amoꝛ erat imꝑturbatus in deum: atq̄ꝫ īter
se cōiugū fida ꝛ sincera societate viuētium
ꝛ ex hoc amoꝛe grande gaudiū/nō desisten
te quod amabat ad fruendū. Erat deuita/
tio tranquilla peccati: qua manēte nullum
oīno aliunde malū quod ꝯtristaret irrue
B bat. An forte cupiebāt ꝓhibitū lignū ad ve
scendū contingere/sed moꝛi metuebāt: ac ꝑ
hoc ꝛ cupiditas ꝛ metus iam tunc illos ho/
mines etiam in illo perturbabat loco? Ab/
sit vt hoc existimemus fuisse/vbi nullū erat
omnino peccatū.
Octaua veritas ¶ Neq̄ꝫ enī̄ nullū pec
catū est/ea que lex dei
ꝓhibet concupiscere/
atq̄ꝫ ab his q̄ꝫ abstine
re timoꝛe pene si amo
re iusticie. Absit iquā
vt ante omne pctm̄ iā
ibi fuerit tale peccatū
vt hoc ō ligno admit/
terent quod de mulie
Matth. 5.e. re dominus ait: Si quis viderit mulierē ad
cōcupiscendā eā/iam mechatus est eā i coꝛ/
C de suo. Q̄ igit felices erant pꝛimi homines
ꝛ nullis agitabant ꝑturbatiōibus animoꝝ/
nullis coꝛpoꝝ ledebant incōmodis: tam fe
lix vniuersa societas esset humana/si nec il/
li malū quod etiā in posteros traiceret: nec
quisq̄ꝫ ex eoꝝ stirpe iniquitatē cōmitteret/
que dānationē reciperet. Atq̄ꝫ ista ꝑmanen
te felicitate donec per illam benedictionē
Gen. 1.d. qua dictū est: Crescite ꝛ multiplicami: ꝑde/
stinatoꝝ sanctoꝝ numer⁹ compleret: alia
maioꝛ daretur que beatissimis angelis da/
ta est: vbi iam esset certa securitas peccatu/
rum neminē moꝛiturūq̄ꝫ neminē: et talis eēt
vita sanctoꝛum post nullum laboꝛis ꝛ dolo
ris ꝛ moꝛtis experimētum: qualis erit post
hec omnia in incoꝛruptione coꝛpoꝝ reddi
ta resurrectione moꝛtuoꝝ.

> ¶ Octaua veritas/q̄ nō/
> nullū peccatū est ea que
> deus ꝓhibet cōcupiscere
> ꝛ ab his q̄ꝫ abstinere ti/
> moꝛe pene/nō amoꝛe iu/
> sticie. Ex ista veritate ipse
> inducit ad ostendēdū q̄
> mulier pꝛiusq̄ꝫ peccasset/
> nō abstinebat a ligno ꝓ/
> pter solā penā diuine cō/
> minatiōis: quia tūc ante
> pctm̄ habuisset peccatū.

¶ De lapsu primi hominis in quo bene cōdita natura est: nec pōt nisi a suo auctore reparari. Ca. XI.

A Sed hoc euidentius ad ipsum Heli sacerdotem missus loquitur homo dei: cuius quidē nomen tacetur/ sed intelligit officio ministerioq; suo sine dubitatione propheta. Sic enī scriptū est: Et venit homo dei ad Heli/ et dixit: Hęc dicit dominus: Reuelans reuelatus sum ad domū patris tui/ cum essent in terra egypti serui in domo Pharaonis: et elegi domū patris tui ex omnibus sceptris israel mihi sacerdotio fungi: vt ascenderent ad altare meum/ et incenderent incensum: et portarent ephoth: et dedi domui patris tui oīa quę sunt ignis filiorum israel in escam. Et vt quid respexisti in incensum meū et in sacrificiū meū impudenti oculo: et glorificasti filios tuos sup me/ benedicere primitias omnis sacrificij in israel in cōspectu meo? Propter hoc hęc dicit dominus deus israel: Dixi: domus tua et domus patris tui transibunt corā me vsq; in eternū: Et nunc hęc dicit domin⁹/ Nequaq;: sed glorificantes me glorificabo: et q̄ spernit me/ spernetur. Ecce dies veniunt: et exterminabo semen tuū/ et semen dom⁹ patris tui: et non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus: et virum exterminabo tibi ab altari meo: vt deficiant oculi eius: et defluat anima eius: et oīs qui superit domus tuę decidat in gladio viroꝝ. Et hoc tibi signum quod veniet sup duos filios tuos Ophni et phinees: Vna die morienf ambo. Et suscitabo mihi sacerdotē fidelē: qui omnia quę in corde meo et ī anima mea sūt faciet: et edificabo ei domū fidelē: et transibit corā christo meo omnib⁹ diebus. Et erit qui supererit in domo tua: veniet adorare ei in obolo argenti dicens: Iacta me ī vnā partē sacerdotij tui manducare panem. Nō est vt dicaf ista ꝓphetia/ vbi sacerdotiū veteris tanta manifestatione prenūciata mutatio est/ in Samuele fuisse completā. Quā q̄ enim nō esset de alia tribu samuel/ q̄ quę constituta fuerat a domino vt seruiret altari: tamē nō erat de filijs Aaron: cuius ꝓgenies fuerit deputata/ vt inde fierēt sacerdotes: ac ꝑ hoc in ea quoq; re gesta/ eadē mutatio quę ꝑ christū iesum futura fuerat adumbrata est: et ad vetus testamentū ꝓprie/ figurate vo pertinebat ad nouū: prophetia tam facto etiam q̄ verbo: id sc; facto significans/ quod verbo ad Heli sacerdotē dictū est ꝑ ꝓphetā. Nam fuerunt postea sacerdotes ex genere aarō: sicut sadoch et abiathar regnāte Dauid: et alij deinceps: antequā tempus veniret: quo ista quę de sacerdotio mutando tanto ante ꝑdicta sunt/ effici per christum oportebat. Quis autē nūc fideli oculo hęc intuens nō videat esse cōpleta: quando quidē nullū tabernaculū/ nullū templū/ nullum altare/ nullum sacrificiū: et ideo nec vllus sacerdos remansit iudeis: quibus vt de semine Aaron ordinaref/ in dei fuerat lege mandatū. Quod et hic cōmemoratū est illo dicente ꝓpheta: Hęc dicit dn̄s de⁹ israel dixi: Domus tua et domus patris tui transibunt coram me vsq; in eternū. Et nūc dicit dn̄s/ Nequaq;: sed glorificantes me glorificabo: et qui me spernit spernetur. Q: enī nominat domū patris eius: nō eum de primo patre dicere/ sed de illo Aaron qui prim⁹ sacerdos est institutus: de cui⁹ progenie cęteri sequerenf/ superiora demonstrāt vbi ait: Reuelatus sum ad domū patris tui cum essent in terra egypti serui in domo Pharaonis: et elegi domū patris tui ex oībus sceptris israel mihi sacerdotio fungi. Quis pater fuit hui⁹ in illa egyptia seruitute: vñ cū liberati fuissent electus est ad sacerdotiū nisi Aaron? De huius ergo stirpe isto loco dixit futurū fuisse: vt nō essent vlteri⁹ sacerdotes. Quod iam videmus impletū. Vigilet fides: presto sunt res/ cernunf/ tenētur: et videre volentiū oculis ingerunf. Ecce inquit dies veniunt: et exterminabo semen tuū/ et semen domus patris tui: et nō erit tibi senior in domo mea omnibus diebus: et viꝝ exterminabo tibi ab altari meo: vt deficiāt oculi eius: et defluat anima eius. Ecce dies qui prenūciati sunt iam venerūt. Nullus sacerdos est ſm ordinem aaron. Et quicunq; ex eius genere est homo/ cū videt sacrificium christianoꝝ toto orbe pollere: sibi autē honorem illum magnū esse subtractum: deficiunt oculi eius: et defluit anima ei⁹ tabe merroris. Proprie autē ad hui⁹ domū Heli/ cui hęc dicebanf/ qđ sequif ptinet: Et omnis q̄ supererit domus tuę decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signū quod veniet sup duos filios tuos Ophni et Phinees. Die vno morientur ambo. Hoc ergo signū factum est mutandi sacerdotij d̄ domo huius: quo signo significatum est mutandum sacerdotium domus Aaron. Mors quippe filioꝝ huius significauit mortem nō hominū/ sed ipsius sacerdotij de filijs Aaron. Quod autem sequitur: ad illum iam pertinet sacerdotem cuius figuram gessit huic succedēdo samuel. Proinde quę sequunf: de christo iesu

Marginal notes: 1. Reg. 2. c. — 1. Reg. 2. g. — B — 2. Retrac. ca. 43. c. — 2. Reg. 15. c. — 2. Reg. 2. f. — E — 1. Reg. 2. e. — D — 1. Reg. 2. g.

1.Reg.2.g noui testamēti vero sacerdote dicuntur. Et
suscitabo mihi sacerdotem fidelem: qui om
nia quę in corde meo/ et quę in anima mea
sunt faciat: et ędificabo ei domū fidelē: ipsa
est ęterna ꝛ superna hierusalem. Et transi/
bit inquit coram christo meo omnibus die/
bus. Transibit dixit/ conuersabitur: sicut su
perius dixerat de domo Aaron: Dixi/ domus
tua ꝛ domus patris tui transibunt corā me
in ęternum. Quod autem ait: coram chri/
sto meo transibit: de ipsa domo vtiq̄ intel/
ligendum est: nō de illo sacerdote q̄ est chri
stus ipse mediator atq̄ saluator. Domus er
go eius coram illo transibit. Potest ꝛ trāsi/
bit intelligi de morte ad vitā: omnibus die
bus quibus peragitur vsq̄ in finē sęculi hu
E ius ista mortalitas. Quod autem ait deus:
qui omnia quę in corde meo/ et quę in ani/
ma mea sunt faciat: non arbitremur habere
animam deum: cum sit conditor animę: sed
ita hoc de deo tropice/ nō proprie dicitur: si
cut manus et pedes/ et alia corporis mem/
bra. Et ne sm̄ hoc credatur homo in carnis
Gen.1.d. huius effigie factus ad imaginem dei: ad/
duntur et alę/ quas vtiq̄ nō habet homo: ꝛ
Ps.16.c. dicitur deo: sub vmbra alarum tuarum pro
tege me: vt intelligant homines de illa inef
fabili natura: nō proprijs/ sed translatis re/
F rum vocabulis ista dici. Quod vero adiun/
1.Reg.2.g gitur. Et erit qui supererit in domo tua ve/
niet adorare ei: nō ꝓprie d̄ domo dicitur hu
ius heli: sed illius aaron: de qua vsq̄ ad ad
uentum Jesu christi homines remanserūt:
de quo genere etiam nūc vsq̄ non desunt.
Nam de illa domo huius heli iam supra di
ctū erat: ꝛ omnis qui supererit domus tuę
decidet in gladio virorum. Quomodo er/
go hic vere dici potuit: ꝛ erit qui supererit i
domo tua veniet adorare ei: si illud est ve/
rum qd̄ vltore gladio nemo inde supererit:
nisi quia illos intelligi voluit qui pertinent
ad stirpē: sed illius totius sacerdotij sm̄ or/
dinem aarō? Ergo si de illis est p̄destinatis
Esa.10.e reliquijs de quibus alius ꝓpheta dixit: Re
Roma.9.f liquię saluę fient. Unde ꝛ apostolus: Sic er
go inquit/ ꝛ in hoc tēpore reliquię p̄ electio
nem gratię saluę factę sunt: quia de talibus
reliquijs bene intelligitur esse de quo dictū
est: Qui supererit in domo tua/ pfecto cre/
dit in christū: sicut temporibus apostolorū
et ipsa gente plurimi crediderunt: neq̄ nūc
desunt: qui licet rarissime tamē credāt: ꝛ im
pletur in eo qd̄ hic iste homo dei cōtinuo se
G cutus adiūxit: Ueniet adorare ei obolo ar/
1.Reg.2.g genti: cui adorare/ nisi illi summo sacerdoti
qui et deus est? Neq̄ eñ in illo sacerdotio
sm̄ ordinē Aaron/ ad hoc veniebant homi/
nes ad templū vel altare dei vt sacerdotē

adorarēt. Quid ē autē q̄ ait: obolo argēti:
nisi breuitate verbi fidei: de quo cōmemo/
rat apostolus dictū. Uerbum consummās Roma.9.f.
et breuians faciet dn̄s super terram? Argen
tum autē pro eloquio poni/ psalmus testis est
vbi canitur: Eloquia dn̄i eloquia casta: ar/ Ps.11.b
gentum igne examinatū. Quid ergo dicit
iste: qui venit adorare sacerdoti dei ꝛ sacer/ 1.Reg.2.g
doti deo? Jacta me i partem sacerdotij tui:
manducare panem. Nolo in patrum meoꝝ
collocari honore qui nullus est: iacta me in Ps.83.c
partem sacerdotij tui. Elegi eñ abiectus esse
in domo dn̄i: qualecūq̄ ꝛ quantulumcunq̄
membrum esse cupio sacerdotij tui. Sacer/
dotium quippe hic ipsam plębem dicit: cu/ 1.Timo.2.b
ius plębis ille sacerdos est mediator dei et
hominū homo christus iesus. Cui plębi di/ 1.Pet.2.b
cit apostolus Petrus: Plębs sancta regale
sacerdotium. Q̄uis nonnulli: sacrificij tui/
sint interpretati: nō sacerdotij tui: quod ni/
bilominus eundem significat populū chri/
stianum. Unde dicit apostolus Paulus: 1.Cor.10.d
Unus panis vnū corpus multi sumus. Et Roma.12.a
iterum: Exhibeatis inquit corpa vestra ho/ H
stiam viuā. Quod ergo addidit: manduca
re panem: etiam ipsum sacrificij genus ele/
ganter expressit. De quo dicit sacerdos ipe:
Panis quem ego dedero/ caro mea est ꝓ sę/ Joh.6.e
culi vita: ipsum est sacrificiū nō sm̄ ordinē
aarō/ sed sm̄ ordinē melchisedech: qui legit Ps.109.b
intelligat. Breuis itaq̄ est ista cōfessio ꝛ sa/
lubriter humilis/ qua dicit: Jacta me in par 1.Reg.2.g
tem sacerdotij tui/ manducare panem: ipse
est obolus argenti: quia et breue ē ꝛ eloqui/
um dn̄i ē/ habitātis in corde credētis. Quia
enim dixerat superius dedisse se domui Aa
ron cibos de victimis veteris testamēti vbi
ait: Dedi domui patris tui omnia quę sunt 1.Reg.2.f
ignis filioꝝ israel in escam. Hęc quippe fue/
rant sacrificia iudeoꝝ: ideo hic dicit mādu/
care panem: quod est in nouo testamēto sa/
crificium christianorum.

De iudaico sacerdotio et regno quę cū in ęternū dicātur statuta/ nō permanēt: vt alia intelligantur quę spondentur eterna. Ca. VI.

Cum igit̄ hęc tāta tūc altitudine p̄/ A
nūciata sint/ quāta nūc manifestati/
one clarescunt: nō frustra tñ moueri
quispiā potest ac dicere: Quomodo cōfidi/
mus ꝯuenire omnia quę in libris illis vētu
ra predicta sunt: si hoc ipsū qd̄ ibi diuinitus
dictū ē: Domus tua et domus patris tui transi/ Ibidem
bunt corā me i ęternū: effectū habere nō po
tuit: quoniā videmus illud sacerdotiū fuisse
mutatū: ꝛ qd̄ illi domui ꝓmissum ē: nec spe
rari aliq̄n complēdū: q̄z illud qd̄ ei reproba
to mutatoq̄ succedit: hoc potius predicat̄

eternū. Hoc qui dicit: nõdum intelligit/aut
nõ recolit etiā ipm ꝺm ordinem aaron sacer
dotiū: tanq̃ vmbrā futuri eterni sacerdotij
constitutū: ac ꝑ hoc quando ei eternitas ꝓ
missa est: nõ ipi vmbre ac figure/sed ei quod
per ipsam adumbrabat figurabaturq; pro/
missum est. Sed ne putaret ipsa vmbra esse
mansura: ideo etiā mutatio eius debuit ꝓ/
B phetari. Regnū quoq; isto modo etiā sau/
1. Reg. 13. c. lis ipsius (qui certe reprobat⁹ atq; reiectus
est) futuri regni erat vmbra in eternitate man
1. Reg. 10. a. suri. Oleum quippe illud quo vnctus est: ⁊
ab eo chrismate christus est dictus/mystice
accipiendū ⁊ magnū sacramentū intelligē/
dum est: qđ in eo tm̄ venerat⁹ est ipse dauid
vt ꝑcusso corde pauitauerit quādo in tene/
broso occultat⁹ antro: quo etiā saul vrgēte
intrauerat necessitate nature/exiguā parti/
culā vestis eius retrorsum latēter abscidit:
vt haberet vnde monstraret/quō ei peperce
rit/cū posset occidere: atq; ita suspitionē de
animo eius qua sanctū dauid putās inimi/
cum suū vehementer persequebat/auferret.
Ne itaq; reus esset tanti sacramēti in saule
violati: quia vel indumentū ei⁹ sic attrecta
1. Reg. 24. b. uit extimuit. Ita scriptū est: Et ꝑcussit cor
dauid sup eum: quia abstulit pinnulā chla/
mydis ei⁹. Viris autē q̄ cū illo erāt/⁊ vt sau
lem in manus suas traditū interimeret sua/
debant: Non mihi inq̄t cõtingat a dño sic
facere hoc verbum domino meo christo do
mini: inferre manū meā sup eū: quia christ⁹
C dñi est. Huic ergo vmbre futuri nõ ꝓpter ip
sam/sed ꝓpter illud quod ꝓfigurabat tanta
veneratio exhibebat. Vnde et illud qđ ait
1. Reg. 13. c. sauli samuel: Qm̄ nõ seruasti mādatū meū
quod mādauit tibi dñs: quēadmodū nunc
parauerat domin⁹ regnū tuū vsq; in eternū
super israel: ⁊ nunc regnum tuū nõ stabit ti/
bi: et queret domin⁹ nūc sibi hoīem ꝺm cor
suū: ⁊ mandabit ei dñs esse principē sup po/
pulū suū: quia nõ custodisti que mandauit
tibi domin⁹: nõ sic accipiendū est/ac si ipm
saulem de⁹ in eternū preꝑauerit regnaturū:
⁊ hoc postea noluerit seruare peccanti: neq;
eñ eū peccaturꝫ esse nesciebat: sed ꝓparaue
rat regnū eius/in quo figura regni esset eter
ni. Ideo addidit: Et nunc regnū tuū nõ sta
bit tibi. Stetit ergo ⁊ stabit: qđ in illo signi
ficatū est: sed nõ huic stabit: quia nõ in eter
num ipse fuerat regnatur⁹/nec ꝓgenies ei⁹:
vt saltem ꝑ posteros altero alteri succeden
tes/videret impleri quod dictum est in eter
D uum. Et queret inq̄t domin⁹ sibi hominem
siue dauid siue ipsum mediatorē significās
testamēti noui: qui figurabat in chrismate/
etiam quo vnctus est ipse dauid ⁊ ꝓgenies
eius. Nõ aūt quasi nesciat vbi sit: ita deus
sibi hominē querit: sꝫ per hominē more hō/
minū loquit: qui ⁊ sic loquēdo nos querit.
Non solum eñ deo patri/verūetiā ipsi āq;
vnigenito eius qui venit querere qđ perierat: Luc. 19. b.
vsq; adeo iam eram⁹ noti/vt in ipso essem⁹ Eph. 1. a.
electi ante constitutionē mūdi. Queret si/
bi ergo dixit ꝓ eo/ac si diceret: quē suū esse
iam nouit/sibi esse familiarē alijs ostēderet.
Vnde in latina lingua hoc verbū .s. querit/
accipit ꝓpositionē: et acquirit dicit: qđ satis
apertū est quid significet. Quāq; et sine ad
ditamēto ꝓpositiōis querere intelligat acq̄
rere: ex quo lucra vocant ⁊ questus.

¶ De diruptione regni israelitici: qua prefigurat ꝑpetua diuisio israelis spiritalis ab israele carnali. C. VII.

Rursus peccauit saul per inobedien B
tiam: ⁊ rursus samuel ait illi in ver/
bo domini: Quia spreuisti verbum 1. Reg. 15. f.
domini/spreuit te dñs: vt nõ sis rex sup isrl.
Et rursus ꝓ eodem peccato cū id confitere
tur saul/⁊ veniā precaret/rogaretq; samue/
lem vt reuerteret cum illo ad placandū de/
um: Nõ reuertar inquit tecū: quia spreuisti
verbū domini: et spreuit te dominus/ne sis
rex super israel. Et cõuertit samuel faciē suā
vt abiret: ⁊ tenuit saul pinnulam diploidis
eius: ⁊ dirupit eam: ⁊ dixit ad eum samuel:
Dirupit domin⁹ regnum ab israel de manu
tua hodie: ⁊ dabit ꝓximo tuo bono sup te:
et diuidet israel in duo: et nõ cõuertet neq;
penitebit eum: quoniā non est sicut homo
vt peniteat eū: ipse minat ⁊ permanet. Iste B
cui dicit: spreuit te domin⁹ vt nõ sis rex sup
israel: et dirupit dominus regnum ab israel
de manu tua hodie.

¶ Quadragita ānos
regnauit super israel:
tāto .s. spacio tpis q̄n/
to ⁊ ipse dauid: et au/
diuit hoc ꝑmo tēpore
regni sui: vt intelliga/
mus ideo dictū: quia
nullus de stirpe ei⁹ fue
rat regnatur⁹: et respi/
ciam⁹ ad stirpē dauid/vnde exortus est ꝺm
carnem mediator dei ⁊ hominū homo chri 1. Timo. 2. b.
stus iesus. Non autē habet scriptura quod
in plerisq; latinis codicib⁹ legitur: Dirūpet
domin⁹ regnū israel de manu tua: sed sicut
a nobis positū est inuētū in grecis: Dirupit
dñs regnū ab israel de manu tua: vt intelli/
gat de manu tua quod est ab israel. Popu/
li ergo israel ꝑsonā figurate gerebat hō iste/
qui populus regnum fuerat amissurus: chri
sto iesu domino nostro per nouū testamen/
tū nõ carnaliter/sed spiritalr̄ regnaturo. De
q̄ cū dicit: Et dabit illō ꝓximo tuo: ad car/

¶ Quarta veritas q̄ q̄/
draginta ānis regnauit
saul sup israel. Et addit/
q̄ quādo fuit ei dictū pri
mo anno regni sui: Dirū
pet hodie deus regnū ab
israel de manu tua: intel
ligendū inquit augusti/
nus illud dictū/q̄ null⁹
de ei⁹ stirpe fuerat regna
turus.

Quarta veritas.

nis cognationē id refert. Et israel erā chri/
stus ſm carnē/vñ ⁊ ſaul. Qď vo additū eſt:
Bono ſup te:pōt qdē itelligi melioꝛi te. Nā
⁊ qdā ſic ſūt iterptati:ſ meli⁹ ſic accipit:bo/
no ſup te:vt qꝛ ille bon⁹ ē:iō ſit ſup te:iuxta
Pſ.109.a. illud aliud ꝓpheticū:Donec ponā oēs inimi
cos tuos ſub pedib⁹ tuis. In qbus ē ⁊ iſrael
cui ſuo pſecutoꝛi regnū abſtulit chꝛiſt⁹. Q̄
Ioh.1.g. uis fuerit illic ⁊ iſrl'/i quo dolus nō erat/qd/
dā quaſi frumentū illarū palearū. Nā vtiqꝫ
Act.7.g inde erāt apli/inde tot martyres:quoꝝ pri/
oꝛ ē Stephan⁹:inde tot eccleſię/ quos apo/
Gal.1.d. ſtol⁹ Paul⁹ cōmemorat/in ꝯuerſione ei⁹ ma
C gnificantes deū. De qua re nō dubito intel/
1.Regū.15.f. ligenduꝫ eſſe qď ſequit: Et diuidet iſrael in
duo:in iſrael ſcꝫ inimicū chꝛiſto/⁊ iſrael ad
herentē chꝛiſto/in iſrael ad ancillā/et iſrl' ad
liberā ꝑtinentē. Nā iſta duo genera ꝑmū ſil'
erāt/velut Abꝛaā adhuc adhereret ancillę:
donec ſterilis ꝑ dei gratiā fecundata clama
Gen.21.b. ret: Ejice ancillā ⁊ filiū eius. Propter pecca
3.Reg.12.a. tum quidē Salomonis regnante filio eius
Roboam/ſcimus iſrael in duo fuiſſe diuiſū
atqꝫ ita pſeueraſſe/habentibus ſingulis par
4.Reg.17.d. tib⁹ reges ſuos: donec illa gens tota a chal/
deis eſſet ingenti vaſtatione ſubuerſa atqꝫ
tranſlata. Sed hoc quid ad Saulem: cuꝫ ſi
tale aliquid cōminandū eſſet/ipſi Dauid fu
erit potius cōminandū:cui⁹ erat filius Sa/
lomon? Poſtremo nūc inter ſe gēs hebrea
diuiſa nō eſt:ſed indifferēter in eiuſdē erro/
D ris ſocietate diſperſa ꝑ terras. Diuiſio vo il
la quā deus ſub perſona Saulis/ illi⁹ regni
et populi figurā gerentis/eidē regno popu/
loqꝫ minatus eſt: ęterna atqꝫ immutabilis
1.Reg.15.f. ſignificata eſt/ꝑ hoc quod adiunctū eſt: Et
nō ꝯuertet neqꝫ pęnitebit eū: quoniā nō eſt
ſicut hō vt pęniteat eū:ipſe minat ⁊ nō per/
manet:id ē homo minat et nō ꝑmanet. Nō
autē deus/quē nō pęnitet ſicut hominem.
Gen..6.b. ¶ Ubi enī legit q̄ pęnite/
Quinta veritas at eū:mutatio rerū ſignifi/
cat/imutabili pſciētia ma/
nēte diuina. Ubi ergo non
pęnitere dicit:non mutare
intelligit. Prorſus inſolu/
bilē videmus per hec ver/
ba prolatā diuinitus fuiſ/

¶ Quinta veritas/ q̄ vbi dicit de⁹ pe/ nitere i ſcptura mu tatio reꝝ ſignificat imutabili ꝑmanen te pſciētia dei:quia dixit deus q̄ peni/ tebat eum q̄ conſti tuit ſaul regem.

ſe ſententiaꝫ:de iſta diuiſione populi iſrael/
et omnino perpetuam. Quicunqꝫ enim ad
chꝛiſtum tranſierunt/ vel tranſeūt/vel trāſi/
bunt inde:nō erant inde ſm dei preſcientiā/
nō ſm generis humani vnā eandemqꝫ natu
ram. Prorſus quicūqꝫ ex iſraelitis adheren
tes chꝛiſto perſeuerāt in illo:nunq̄ erunt cū
eis iſraelitis qui eius inimici vſqꝫ in finē vi
tę hui⁹ eſſe perſiſtunt: ſed in diuiſione q̄ hic
prenunciata eſt/perpetuo permanebunt.

¶ Nihil enim ꝓdeſt teſta
mentum vetus de monte
ſina in ſeruitutē generās/
niſi quia teſtimoniū ꝑhi/
bet teſtamēto nouo: Ali/
oqn q̄diu legit moyſes:
velamen ſup coꝛda eoꝝ
poſitū eſt. Cū aūt quiſqꝫ
inde tranſierit ad chꝛiſtū
auferet velamē. Trāſeun
tiū quippe intētio ipa mu
tat de vetere ad nouū:vt
nō iā quiſqꝫ intēdat acci/
pere carnalem/ſed ſpirita

¶ Sexta veritas q̄ nihil prodeſt teſta/ mentum vetus/ niſi quia teſtimoniū ꝑhi/ bet teſtamento no/ uo. Et talis eſt ratio quā aliqui aſſignant beato Aug'. q̄ vtile eſt inter chꝛiſtianos ſeruare iudeos: vt eo rum ſcꝫ ſcriptura te/ ſtimonium perhibe/ at fidei noſtre:ne for te pagani qs lucrari volumus/ ſuſpicen/ tur a nobis iſta fuiſ/ ſe ficta. Sexta veritas. Gal.4.d. 2.Corinł.3.e

lem fęlicitatē. Propter quod ipſe magn⁹ ꝓ/ E
pheta Samuel anteq̄ vnxiſſet regeꝫ Saul: 1.Regū.7.c
quādo exclamauit ad dominū ꝓ iſrael:⁊ ex
audiuit eum:et cum offerret holocauſtū/ſi/
mul accedentibus alienigenis ad pugnā cō
tra populum dei/tonuit dñs ſuper eos ⁊ cō/
fuſi ſunt:et offenderunt coꝛaꝫ iſrael atqꝫ ſu/
perati ſunt:aſſumpſit lapidem vnū:⁊ ſtatu/
it illū inter maſphat nouam ⁊ veterē:et vo/
cauit nomē eius abnezer:quod eſt latine la
pis adiutoꝛij:⁊ dixit: Uſqꝫ huc adiuuit nos Ibidem
dominus. Maſphat interpꝛetatur intētio.
Lapis ille adiutoꝛij medietas eſt ſaluato/
ris:per quem tranſeundū eſt a maſphat ve/
tere ad nouam:id eſt ab intētione qua expe
ctabat in carnali regno beatitudo falſa car
nalis:ad intentionē qua per nouū teſtamē/
tum expectatur in regno cęloꝝ beatitudo
veriſſima ſpiritalis:qua quoniā nihil eſt me
lius:huc uſqꝫ adiuuat deus.

¶ De pꝛomiſſionibus ad dauid in filio eius:quę nullatenus in Salo/mone/ ſed pleniſſime inueniuntur in chꝛiſto. Capitulum.VIII.

IAm nunc video eſſe monſtrandū/quid A
ipſi Dauid/ qui Sauli ſucceſſit in re/
gnum:cuius mutatione finalis illa mu
tatio figurata eſt:propter quam diuinit⁹ cū
cta dicta/cuncta conſcripta ſunt: deus qui/
dem ꝓmiſerit/quod ad rem de qua agimus
pertinet. Cū regi dauid multa pꝛoſpera pro 2.Regū.7.a.
ueniſſent/cogitauit facere deo domū/ tem/
plum illud ſcilicet excellentiſſime diffama/
tum:quod a rege Salomone filio eius poſt 3.Regū.6.a.
ea fabꝛicatum eſt. Hoc eo cogitante: factuꝫ
eſt verbum domini ad Nathan pꝛophetam
quod proferret ad regē. Ubi cum deus di/
xiſſet:q̄ nō ab ipſo Dauid ſibi ędificaretur
domus: neqꝫ per tantū tempus ſe mandaſ/
ſe cuiq̄ in populo ſuo/ vt ſibi fieret domus
cedrina: Et nūc inquit hęc dices ſeruo meo
dauid: Hęc dicit dominus omnipotēs: Ac B
cepi te de ouili ouiū vt eſſes in duceꝫ ſuper 2.Regū.7.b.
populū meū iſrael:⁊ erā tecum in omnibus

quibus ingrediebaris: ⁊ exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua: ⁊ feci te nominatum ſm nomen magnorũ qui ſunt ſup terrã. Et ponã locũ populo meo iſrael: et plantabo illũ: ⁊ inhabitabit ſeorſum: ⁊ nõ ſollicit⁹ erit vltra: ⁊ nõ apponet filius iniquitat humiliare eum/ſicut ab initio a diebus quib⁹ conſtitui iudices ſuper populũ meũ iſrael. ⁊ requiẽ tibi dabo ab omnib⁹ inimicis tuis: ⁊ nunciauit tibi domin⁹ quoniã domũ ędificabis ipſi. Et erit cum impleti fuerint dies tui/dormies cum patribus tuis: ⁊ ſuſcitabo ſemen tuum poſt te: qui erit de ventre tuo: et pręparabo regnum ei⁹: hic ędificabit mihi domum nomini meo: et dirigam thronũ illius vſq; in ęternum. Ego ero illi in patrẽ: ⁊ ipſe erit mihi in filiũ. Et ſi venerit iniq̃tas eius/redarguam illum in virga virorum: et in tactibus filiorũ hominũ: miſericordiam autẽ meã nõ amoueam ab eo: ſicut amoui a quib⁹ amoui faciem meã: et fidelis erit domus eius: ⁊ regnũ eius erit vſq; in ęternũ coram me: et thronus eius erit erectus vſq; in

C ęternũ. Hanc ergo tam grandẽ ꝓmiſſionem qui putat in ſalomone fuiſſe completã/multum errat. Attendit eñ quod dictũ eſt: Hic

3.Reg.6.a. ędificabit mihi domũ: quoniã ſalomon tẽplũ illud nobile ſtruxit: ⁊ non attendit: fidelis erit domus eius: ⁊ regnũ eius/vſq; i eternum corã me. Attẽdat ergo ⁊ aſpiciat ſalo-

3.Reg.11.a. monis domũ plenam mulierib⁹ alienigenis colentib⁹ deos falſos: et ipſum ab eis regẽ aliquãdo ſapientẽ in eandẽ idolatriã ſeductum atq; deiectũ: ⁊ non audeat exiſtimare deum/vel hac ꝓmiſſione mendacẽ/vel talẽ ſalomonẽ domũq; eius futurã non potuiſſe

Roma.1.a. pſcire. Non hinc autẽ deberem⁹ ambigere: nec ſi nõ in chriſto domino nr̃o (qui factus eſt ex ſemine dauid ſm carnem) iam videremus iſta compleri: ne vane atq; inaniter hic aliũ aliquẽ requiram⁹/ſicut carnales iudęi. Nam ⁊ ipſi vſq; adeo filiũ (quẽ loco iſto regi dauid ꝓmiſſum legunt) intelligunt non fuiſſe ſalomonẽ: vt eo qui ꝓmiſſus eſt tãta iam manifeſtatione declarato/adhuc mirabili cęcitate aliũ ſperare ſe dicant. Facta eſt quidẽ nõnulla imago rei futurę etiã in ſalo-

1.paral.22.b. mone: in eo ꝙ templũ edificauit et pacẽ habuit ſm nomen ſuũ. Salomon quippe pacificus eſt latine: ⁊ in exordio regni ſui mirabiliter laudabilis fuit: ſed eadẽ ſua perſona per vmbrã futuri pręnũciabat etiã ipẽ chriſti/chriſtũ dominũ noſtrum nõ exhibebat.

D Unde quędã de illo ita ſcripta ſunt: quaſi de ipſo ita prędicta ſint: dum ſcriptura ſancta etiam rebus geſtis ꝓphetãs/q̃dãmodo in eo figurã deliniat futurorũ. Nam pręter libros diuinę hiſtorię vbi regnaſſe narrat:

Ps.71.a. pſalmus etiã ſeptuageſimuſprimus: Deus iudicium tuũ/titulo nois ei⁹ inſcriptus eſt. In quo tam multa dicunt quę omnino ei cõuenire non poſſunt: domino autem chriſto apertiſſima perſpicuitate conueniũt: vt euidenter appareat/ꝙ in illo figura qualiſcũq; adumbrata ſit/in ipſo autẽ ipſa veritas pręſentata. Notum eſt eñ quibus terminus regnum concluſum fuerat ſalomonis: ⁊ tamẽ in eo pſalmo legitur vt alia taceam: Dominabit a mari vſq; ad mare: et a flumine vſq; ad terminos orbis terrę. Quod in chriſto videmus impleri. A flumine quippe dominandi ſumpſit exordiũ: vbi baptiçat⁹ a Johanne eo monſtrãte cępit agnoſci a diſcipulis: qui eum nõ ſolum magiſtrũ/verũetiam dñm appellauerunt.

Septia ętas ¶ Nec ob aliud viuẽte adhuc patre ſuo dauid regnare ſalomon cępit: quod nulli eoꝝ regum cõtigit: niſi vt hinc quoq; ſatis eluceat/non eſſe ipm quẽ ꝓphetia iſta pſignat: quę ad eius patrẽ loquit dicẽs: Et erit cũ impleti fuerit dies tui ⁊ dormieris cum patribus tuis/ſuſcitabo ſemen tuum poſt te/qui erit de ventre tuo: et pparabo regnũ illius.

¶ Septima ętas/ꝙ viuente dauid ſalomon regnare cepit: quod tamen alii nulli aliorum regũ cõtigit. Ex quo dicto accipiuntur duo politica documenta. Primum eſt/ꝙ duo reges poſſunt regnare: quia dauid et ſalomon ſimul regnauerũt. Secundum documẽtum ꝙ viuente patre ⁊ regnare poteſt filius in eodem regno ⁊ coronari ⁊ vngi: ſic ſalomon viuẽte patre fuit vnctus ⁊ intronizatus: vt habet.iij. Reg.j.

E 2.Reg.7.b.

Quõ ergo ꝓpter id quod ſequitur: Hic ędificabit mihi domũ: iſte ſalomon putabitur ꝓphetatus: et nõ potius ꝓpter id quod pręcedit: cũ impleti fuerint dies tui/et dormieris cum patrib⁹ tuis: ſuſcitabo ſemen tuum poſt te: alius pacific⁹ intelligit eſſe ꝓmiſſus qui nõ ante ſicut iſte: ſed poſt mortẽ dauid pnunciatus eſt ſuſcitãdus? Quãlibet enim longo interpoſito tempore ieſus chriſt⁹ venerit: ꝓculdubio poſt mortẽ regis dauid: cui ſicut eſt ꝓmiſſus eum venire: oportebat qui ędificaret domũ domino: nõ de lignis ⁊ lapidibus/ſed de hominib⁹/qualẽ illũ ędificare gaudem⁹. Huic eñ domui dicit apl̃us

1.Cor.3.d. hoc eſt fidelib⁹ chriſti: Templũ eñ dei ſanctum eſt/quod eſtis vos.

¶ Quõ ſimilis in pſalmo octogeſimo octauo ſit prophetia de chriſto/his quę in regnorũ libris nathan prophetante promittũtur. Ca.IX.

Propter quod ⁊ in pſalmo octogeſimo ⁊ octauo: cuius eſt titul⁹: Intellectus ipſi ethan iſraelitę: cõmemorantur promiſſiones dei facte regi dauid: ⁊ iſtis quę in libro regnorum ſunt poſita/quędam ſibi ſimilia dicuntur: ſicut eſt: Iuraui Ps.88.b.

A

dauid seruo meo: vsq; in eternũ ꝑparabo semen tuũ. Et iter: Tunc locut⁹ es in aspectu filijs/ꝛ dixisti: Posui adiutoriũ super potẽtem: ꝛ exaltaui electũ de populo meo. Inueni dauid seruum meũ: ꝛ in oleo sancto meo vnxi eum. Manus eñi mea auxiliabit ei: et brachiũ meũ confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidã a facie ipius inimicos eius: ꝛ eos qui oderunt eum fugabo. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso: ꝛ in noĩe meo exaltabit cornu eius. Et ponam in mari manũ eius/ꝛ in fluminibus dexterã eius. Ipse inuocabit me: pater me⁹ es tu deus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitũ ponam illũ/excelsum apud reges terre. In eternum seruabo illi misericordiam meã: ꝛ testamentũ meũ fidele ipsi. Et ponã in seculũ seculi semen eius: et thronũ eius sicut dies celi. Que oĩa de domino iesu intelligunt sub noĩe dauid ꝓpter formã serui quã de semine dauid idẽ mediator assumpsit ex virgine. Cõtinuo etiam dicit de

B peccatis filiorũ eius tale aliqd/quale in regnorum libro positũ est: et quasi de salomone ꝓcliuius accipit. Ibi nãq;/hoc est in regnorũ

2.Reg.7.b. libro. Et si venerit inqt iniqtas eius/redarguam illũ in virga virorũ: ꝛ in tactib⁹ filiorum hominũ: misericordiã aũt meã nõ amouebo ab eo: tactib⁹ significans plagas cor-

1.paral.15.c. reptiõis. Unde illud est: Ne tetigerit christos meos. Quod quid est aliud q̃ ne lese-

Ps.104.b. ritis? In psalmo xo cum ageret tãq; de dauid: vt quiddã eiusmodi etiam ibi diceret:

Ps.88.c. Si dereliqrint inquit filij ei⁹ legẽ meã: et in iudicijs meis nõ ambulauerit. Si iustitias meas ꝓphanauerint: ꝛ mãdata mea nõ custodierint. Uisitabo in virga iniqtates eoꝝ ꝛ in flagellis delicta eorũ: misericordiã aũt meã nõ dispergã ab eo. Non dixit ab eis/cũ loqueret de filijs eius non de ipso: sed dixit ab eo: qđ bene intellectũ tantũdẽ valet. Nõ eñi christi ipius (q est caput eccłe) possent inueniri vlla pctã: que opus esset humanis correptionib⁹ seruata misericordia diuinit⁹ coerceri: sed in ei⁹ corpe ac mẽbris: qđ pplſ eius est. Ideo in libro regnoꝝ iniqtas eius dicit: in psalmo autẽ/filiorũ eius: vt intelligamus de ipso dici qdãmodo qđ de ei⁹ corpore dicit: ꝓpter qđ etiã ipse de celo/cũ corpus ei⁹/qđ sunt fideles ei⁹: saulus psequeretur

Act.9.a. Saule inqt saule qd me psequeris. Deinde

Ps.88.c. in ꝯsequẽtib⁹ psalmi: Neq; nocebo inqt in

C veritate mea: neq; ꝓphanabo testamẽtum meũ: ꝛ que ꝓcedũt de labijs meis nõ reprobabo. Semel iuraui in sancto meo: si dauid mentiar: id est nequãq; dauid mentiar. Solet eñi sic loqui scriptura. Q autẽ non mentiatur/adiũgit ꝛ dicit: Semen ei⁹ in eternũ manebit: et sedes eius sicut sol in cõspectu meo: ꝛ sicut luna perfecta in eternũ/ꝛ testis in celo fidelis.

¶ Qꝛ diuersa acta sint in regno terrene hierusalẽ/ab his que promiserat de⁹: vt intelligeretur promissionis veritas ad alterius regis et regni gloriã pertinere. Capłm.X.

Ost hec tante ꝓmissiõis validissima firmamẽta: ne putarent in salomone cõpleta: tãq; id sperarent/nec

A

Ps.88.c. inuenirent: Tu vero inquit repulisti ꝛ ad nihilũ deduxisti dñe. Hoc quippe factũ est de regno salomonis in posterł ei⁹ vsq; ad euersionẽ ipius terrene hierusalẽ: que regni eiusdem sedes fuit: ꝛ maxime ipsi⁹ tẽpli labem/quod fuerat a salomone constructũ. Sꝫ ne ob hoc putaret deus ꝯtra sua ꝓmissa fecisse continuo subiecit: Distulisti christum tuum. Nõ est ergo ille salomõ/sed nec ipse dauid: si dilatus est christus dñi. Cũ eñi christi dicerent oẽs reges mystico illo chrismate ꝯsecrati: nõ solũ a rege dauid ꝛ deinceps

1.Reg.10.a. sed ab illo etiã saule: qui populo eidẽ rex pri-

1.Reg.24.b mus est vnctus: ipse quippe dauid eũ christum dñi appellat: erat tamẽ vnus ver⁹ christus: cui⁹ illi figurã ꝓphetica vnctiõe gestabãt: qui ꝛ'm opinionẽ hoim q eũ putabãt in dauid vel in salomone intelligendũ differebat in longũ: s'm autẽ dispositionẽ dei vẽtur⁹ suo tpe parabat. Interea dũ ille differt

B qd factũ sit de regno terrene hierłm: vbi sperabat vtiq; regnatur⁹: secut⁹ iste psalm⁹ adiũxit atq; ait: Euertisti testamẽtũ serui tui:

Ps.88.f. ꝓphanasti in terra sanctitatẽ eius. Destruxisti oẽs macerias eius: posuisti munitiones eius in formidinẽ. Diripuerũt eum oẽs transeũtes viam: factus est opprobriũ vicinis suis. Exaltasti dexterã inimicoꝝ ei⁹: iocũdasti oẽs inimicos ei⁹. Auertisti adiutoriũ gladij ei⁹: ꝛ nõ es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eũ ab emũdatiõe: sedẽ ei⁹ in terram collisisti. Minuisti dies sedis ei⁹: psudisti eũ confusione. Hec oĩa venerunt super ancillam hierusalẽ: in qua regnauerunt nõnulli etiã filij libere/regnũ illud tenentes

Gal.4.c. in dispensatiõe temporali: regnũ aũt celestł hierusalẽ/cuius erant filij in vera fide habẽtes/ꝛ in vero christo sperãtes. Quõ aũt ista venerint sup illud regnum/index est rerum gestarum/si legatur historia.

¶ De substantia ppłi dei que p successionẽ carnis in christo est: qui solus eruẽdi animã suã ab inferis habuit potestatẽ. Ca.XI.

Ost hec aũt ista ꝓphetata ad precãdũ deũ ꝓpheta cõuertit: sed ꝛ ipa pcatio

A

Ps. 88.g. ꝓphetatio est. Usq̄ q̄ dn̄e auertis in finem subaudit̄ faciem tuam. Uel sicut alibi dicitur: Usq̄quo auertis faciem a me? Nam ideo quidā codices hic nō habēt auertis/sȝ auerteris: quāq̄ possit intelligi: auertis misericordiā tuā quā ꝓmisisti dauid. Qđ aūt dixit in finē: quid est nisi vsq̄ i finem? Qui finis intelligēdus est vltimū tempus: quando in christū iesum etiam illa gens est creditura: ante quem finem illa fieri oportebat: que superius erumnosa defleuit. Propter q̄ ⁊ hic sequit̄: Exardescet sicut ignis ira tua: memēto que est mea substātia. Nihil h̄ melius q̄ ipse iesus intelligit̄ substātia populi
B huius ex quo natura est carnis eiꝰ. Nō em̄ vane inquit constituisti omnes filios hominum. Nisi em̄ esset vnus filius hoīs substantia israel/per quē filiū hominis liberarentur multi filij hominū: vane vtiq̄ constituti essent omnes filij hominū. Nunc vero omnis quidē humana natura per peccatū p̄mi hominis in vanitatē de veritate collapsa est:
Ps. 143.a. ꝓpter quod dicit alius psalmus: Homo vanitati similis factus est: dies eius velut vmbra pretereunt. Sed nō vane deus cōstituit omnes filios hominū: quia et multos a vanitate liberat per mediatorē iesum: et quos liberādos nō esse presciuit ad vtilitatē liberandorū/⁊ cōparationē duarū inter se a cōtrario ciuitatū: nō vtiq̄ vane in totiꝰ rōnalis creature pulcherrima atq̄ iustissima or-
C dinatiōe ꝯstituit. Deinde sequit̄: Quis est
Ps. 88.g. hō q̄ viuet ⁊ nō videbit mortē: eruet animā suam de manu inferi? Quis est iste/nisi de substātia illa israel ex semine dauid christꝰ
Roma. 6.b. iesus? De quo dicit apostolus: Qȝ surgens a mortuis iam nō morit̄: ⁊ mors ei vltra nō dominabit̄. Sic em̄ viuit ⁊ nō videbit mortem/vt tamē mortuus fuerit: sed animā suā eruerit de manu inferi: quia ꝓpter quorūdā soluēda peccatoꝝ vincula ad inferna descē-
Joh. 10.d. derat. Eruit autem potestate illa: de qua in euāgelio dicit: Ptātē habeo ponēdi animā meā/⁊ ptātē habeo iterū sumēdi eam.

¶ Ad quorum personam pertinere intelligēda sit flagitatio promissorum: de quibꝰ in psalmo dicitur: Ubi sunt miseratiōes tue antique domine. Capitulū. XII.

A
Ps. 88.g. SEd cetera psalmi huiꝰ que ita se habent: Ubi sunt miseratiōes tue antique dn̄e: quas iurasti dauid in veritate tua. Memēto dn̄e opprobrij seruorum tuorū/quod cōtinui in sinu meo multarum gentiū. Quod exprobrauerūt inimici tui domine: quod exprobrauerūt cōmutationem christi tui: vtrū ex persona dicta sint illorū israelitarū/qui desiderabāt reddi sibi ꝓmissionem que facta est ad dauid: an potiꝰ ad christianorū qui non s̄m carnem sed s̄m spiritum sunt israelite: merito queri potest. Dicta sunt quippe ista vel scripta tempore quo fuit ethan: de cuius nomine titulū iste psalmus accepit: et idem tempus regni dauid fuit: ac per hoc non diceretur: Ubi sunt miseratiōes tue antique dn̄e: quas iurasti dauid in veritate tua: nisi eorū personā in se ꝓpheta transfiguraret qui longe postea futuri erant: quibꝰ hoc tempus esset antiquum/ q̄n regi dauid ista ꝓmissa sunt. Potest autē intelligi dictū hoc esse ꝓpter multas gētes quādo persequebātur christianos/ꝓphetā exprobrasse illis passionē christi: quam scriptura cōmutationē vocat: quoniā moriēdo immortalis est factus. Potest ⁊ cōmutatio christi s̄m hoc accipi exprobrata israelitis: quia cū eorū speraret̄ futurus/factus est gētium: ⁊ hoc eis nūc exprobabant multe gentes que crediderūt in eū per nouū testamētum: illis in vetustate remanentibꝰ: vt ideo dicat̄: Memēto dn̄e opprobrij seruorū tuorum: quia nō eos obliuiscēte sed potiꝰ miserante dn̄o/et ipsi post hoc opprobriū credituri sunt. Sed ille quē prius posui cōuenientior sensus mihi videt̄. Inimicis em̄ christi quibꝰ exprobrat̄ q̄ eos ad gentes trāsiēs reliquerit christꝰ/incongrue vox ista coaptat̄. B
Memēto dn̄e opprobrij seruorū tuorū: nō em̄ serui dei vocādi sunt tales iudei: sed eis verba ista competūt: qui cū graues humilitates ꝑsecutionū ꝓ christi noīe paterent̄: recordari potuerūt excelsum regnū semini dauid fuisse ꝓmissum: ⁊ eius desiderio dicere nō desperādo s̄ petēdo/q̄rendo/pulsando: Ubi sunt miseratiōes tue āntique dn̄e: quas iurasti dauid in veritate tua. Memēto dn̄e opprobrij seruorū tuorū: qđ cōtinui in sinu meo multaꝝ gētiū: hoc est i iterioribꝰ meis patiēter pertuli. Qđ exprobrauerūt inimici tui dn̄e: quod exprobrauerūt cōmutationem christi tui: nō eam putātes cōmutationē sed cōsummationē. Quid est aūt: memēto dn̄e/nisi vt miserearis: ⁊ ꝓ tolerata patiēter hūilitate mea/reddas celsitudinē quā iurasti dauid in v̄itate tua? Si aūt iudeis assignemꝰ hec v̄ba: illi serui dei talia dicere potuerunt q̄ expugnata terrena hierl'm anteq̄ iesus christꝰ humanitꝰ nasceret̄ in captiuitatē ducti sunt intelligētes cōmutationē christi: quia. s. nō per eum terrena carnalisq̄ felicitas/qualis paucis annis regis salomonis apparuit: sed celestis ac spiritalis esset fideliter expectāda: quā tunc ignorās infidelitas gentiū: cū dei pp̄lm exultabat atq̄ insultabat esse captiuū: quid aliud q̄ christi cōmutationē/sed scientibus nesciēs exprobrabat?

C Et ideo quod sequit̃ vbi psalm⁹ iste condu
Ps.88.g. ditur: Benedictio dñi in eternum: fiat fiat:
vniuerso populo dei ad celestem hierusalẽ
pertinenti/siue in illis qui latebant in testa/
mento veteri anteq̃ reuelaret̃ nouum: siue
in his qui iam testamẽto nouo reuelato ma
nifesto pertinere cernunt̃ ad christum/satis
congruit. Benedictio quippe domini in se/
mine dauid: nõ ad aliquod tempus qualis
diebus salomonis apparuit/sed in eternum
speranda est: in qua certissima spe dicit̃: fiat
fiat. Illius eñ spei est confirmatio verbi hu
ius iteratio. Hoc ergo intelligẽs dauid ait
in secũdo regnorũ libro: vnde ad istũ psal/
2.Reg.7.c. mum digressi sumus: Et locut⁹ es p̃ domo
D seruí tui in longinquũ. Ideo autẽ post pau/
lulum ait: Nunc incipe ⁊ benedic domũ ser
ui tui vsq̃ in eternum/et cetera: quia tũc ge
niturus erat filium: ex quo ꝓgenies eius du
ceretur ad christum: per quẽ futura erat do
mus eius eterna/eademq̃ domus dei. Do/
mus eñ dauid ꝓpter genus dauid: domus
autem dei eadem ⁊ ipsa ꝓpter templum dei
de hominibus factum/non de lapidib⁹: vbi
habitet in eternum populus cum deo et in
deo suo: et deus cum populo atq̃ in popu/
lo suo: ita vt deus sit implens populũ suũ:
1.Cor.15.d. ⁊ populus plenus deo suo: cũ deus erit om
nia in omnibus: ipse in pace premiũ/qui vir/
2.Reg.7.b. tus in bello. Ideo cum in verbis nathan di
ctum sit: et enunciauit tibi domin⁹ quoniã
domũ edificabis ipsi: postea dictum est in
verbis dauid: quoniã tu domin⁹ omipotẽs
deus israel/reuelasti aurem serui tui dicens
Domum edificabo tibi. Hanc eñ domum
⁊ nos edificamus bene viuendo: ⁊ deus vt
Ps.126.a. bene viuamus opitulãdo. Quia nisi domi/
nus edificauerit domũ: inuanũ laborabunt
edificantes eam. Cuius domus cũ venerit
vltima dedicatio/tũc fiet illud qđ hic p̃ na/
2.Reg.7.b. than locutus est deus dicens: Et ponam lo
cum populo meo israel: ⁊ plantabo illum ⁊
inhabitabit seorsum: ⁊ nõ sollicitus erit vl/
tra: ⁊ nõ apponet filius iniq̃tatis humiliare
eum: sicut ab initio a dieb⁹ quib⁹ cõstitui iu
dices sup̃ populũ meũ israel.

An promisse pacis veritas illis temporib⁹ possit ascribi/que sub salomone fluxerunt. Capl'm. XIII.

A Hoc tam magnũ bonũ quisq̃s i hoc
seculo ⁊ in hac terra sperat: insipien
ter sapit. An quispiã putabit in pa/
ce regni salomonis id esse completũ? Pa/
cem quippe illa scriptura in vmbra futuri/ex
cellenti predicatiõe cõmẽdat. Sed huic su/
spicioni vigilãter occursum est: cũ posteaq̃
Ps.88.d. dictũ est: Non apponet filius iniq̃tatis hu/
2.Reg.7.b. miliare eum: cõtinuo subiunctũ est: sicut ab
initio a diebus quib⁹ cõstitui iudices super
populũ meũ israel. Iudices nãq̃ priusq̃ re/
ges ibi esse cepissent/sup illũ populũ fuerãt
constituti: ex quo terrã ꝓmissionis accepit.
Et vtiq̃ humiliabat eum filius iniquitatis
hoc est hostis alienigena/per interualla tẽpo
rum quib⁹ legunt̃ paces alternasse cũ bellis
⁊ inueniunt̃ illic pacis tẽpora ꝓlixiora q̃ sa 3.Reg.11.g.
lomon habuit: qui q̃draginta regnauit an/
nos. Nã sub eo iudice q̃ appellat⁹ est aioth B
lxxx. anni pacis fuerunt. Absit ergo vt salo/
monis tẽpora in hac ꝓmissiõe predicta esse
credant̃: multo min⁹ itaq̃ cuiuslibet regis
alterius. Non eñ quisq̃ eorũ in tãta quan/
ta ille pace regnauit: nec vnq̃ omino gens
illa ita regnum tenuit/vt sollicita nõ fuerit
ne hostibus subderet̃: q̃ in tãta mutabilita
te rerũ humanaꝝ nulli aliq̃ñ populo ꝯcessa
est tanta securitas: vt huic vite hostiles nõ
formidaret incursus. Loc⁹ ergo iste q̃ ꝓmit
titur tã pacate ac secure habitatiõis etern⁹
est: eternisq̃ debet̃ in matre hierl'm libera:
vbi erit veraciter ppl's israel: hoc eñ nomẽ
interp̃tat̃ videñs deum. Cui⁹ p̃mij desiderio
pia per fidẽ vita in hac erumnosa peregrina
tione ducenda est.

De studio dauid in positiõe psalmorum. Capitulũ. XIIII.

Procurrente igit̃ p̃ tẽpora ciuitate A
dei: primo in vmbra futuri in terre/
na scilicet hierl'm regnauit dauid.
Erat aũt dauid vir in canticis erudit⁹: qui
harmoniã musicã nõ vulgari voluptate/sed
fideli volũtate dilexerat: eaq̃ deo suo q̃ ve/
rus est de⁹ mystica rei magne figuratiõe ser
uiens: ⁊ diuersorũ noie sonoꝝ rõnales mo/
deratusq̃ concẽtus/cõcordi varietate com
pactã bene ordinate ciuitatis insinuat vni/
tatẽ. Deniq̃ ois fere ꝓphetia ei⁹ in psalmis
est: quos centum quinq̃ginta liber cõtinet:
quẽ psalmoꝝ vocam⁹.
In q̃b⁹ nonnulli vo
lunt eos solos factos
esse a dauid q̃ ei⁹ noie
inscp̃ti sunt. Sũt itẽ q̃
putãt nõ ab eo factos
nisi q̃ p̃notant̃ ipi⁹ da/
uid: q̃ vo hñt i titulis
ipi dauid: ab alijs fa/
ctos/ p̃sone ipi⁹ fuisse
coaptatos. Que opio
voce euãgelica salua/
toris ipi⁹ refutat̃/ vbi
ait q̃ ipe dauid in spũ
christũ dixerit eẽ suũ
dñm: qm̃ psalm⁹ cente
simusnon⁹ sic incipit:
Dixit dñs dño meo:

Octaua Vitas
Octaua vitas q̃ non
ẽ recipiẽda opinio illorũ
q̃ dicũt dauid non fecisse
nisi illos psalmos q̃ inti/
tulant̃ ei⁹ noie: q̃ᵹ refelli
tur/ait aug⁹: q̃ iste psal/
B m⁹/ Dixit dñs dño meo/
noie ei⁹ nõ p̃notat̃: et tñ
saluator i eo allegat ipm
dauid in p̃dicto psalmo:
vnde dicit aug⁹ q̃ credi/
bili⁹ est q̃ ipe dauid fece
rit eos ipsos. Dicit tñ q̃
q̃ndoq̃ dauid p̃notauit
psalmos noib⁹ alioꝝ/ad
figurãdũ aliq̃ que fiebãt
seu p̃tinebãt ad illos. Et
Math.22.e. dicit iterũ hic q̃ aliqñ p̃/
posuit noia aliqꝝ ꝓphe/
tarũ in illis titulis q̃ nõ/
dũ erant: sicut iosias fuit
p̃nolatus per trecẽtos et
Ps.109.a. plures annos q̃ nat⁹.

sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos/scabellū pedū tuoꝝ. Et certe idē psalmus non habet in titulo ipi⁹ dauid/sed ipsi dauid: sicut plurimi. Mihi aūt credibili⁹ videnẗ existimare qui oēs illos centū quinquaginta psalmos ei⁹ operi tribuūt: cumq; aliqs ꝑnotasse etiā noib⁹ alioꝝ/aliquid qđ ad rem pertineat figurantib⁹: ceteros autē nullius hoīs nomen in titulis habere voluisse: sicut ei varietatis hui⁹ dispositionem quis latebrosam/nō tamē inanē domin⁹ inspirauit. Nec mouere debet ad hoc non credendū q̄ nōnulloꝝ noīa ꝓphetaꝝ qui longe post dauid regis tēpora fuerūt: qbusdā psalmis i eo libro legūẗ iscripta: ꝛ q̄ ibi dicūẗ velut ab eis dici videnẗ. Nec enim non potuit ꝓpheticus spūs ꝓphetanti regi dauid hec etiā futuroꝝ ꝓphetaꝝ nomia reuelare vt rex aliquid qđ eoꝝ persone conuenire ꝓphetice cantareẗ: sicut rex iosias exortur⁹ et regnatur⁹ post annos ampli⁹ q̄ trecentos/ cuidā ꝓphete qui etiā facta eius futura predixit/cū suo noīe reuelat⁹ est.

Ps. 64. et 111. et 147. et 148.

3. Reg. 13. a. 4. Reg. 23. b

¶ An omnia que in psalmis de christo et ecclia ꝓphetātur/ad contextū hui⁹ opis coaptāda sint. Ca. XV.

Nunciā expectari a me video vt hoc loco libri hui⁹ aperiā qđ i psalmis dauid de domino iesu christo vel eius ecclia ꝓphetauerit. Ego aūt vt hoc nō ita faciā/sicut videtur ipa expectatio postulare: q̄uis iam in vno feceri/copia q̄ inopia magis impedior. Oia eīn ponere vitāde ꝓlixitatis causa ꝓhibeor: vereor autē ne cū aliq̄ elegero: multis qui ea nouerūt/videar magl necessaria ꝑterisse. Deinde q: testimoniū qđ ꝓferẗ de cōtextiōe totius psalmi/debet habere suffragiū/vt certe nihil sit qđ ei refrageẗ si nō oia suffragātur: ne more centonū ad rem quā volumus tanq̄ versiclos decerpere videamur: velut de⁺ retrogrado carmine: qđ non de re illa/s de alia longeq; diuersa repiaẗ esse ꝯscriptū hoc aūt vt in q̄cunq; psalmo possit ostendi exponēd⁹ ē tot⁹. Qđ quāti opis sit ꝛ alioꝝ ꝛ nr̄a volumia in qb⁹ hoc fecim⁹/satis indicāt. Legat ergo illa q̄ voluerit ꝛ potuerit: et inueniet quot et quāta rex dauid idēq; ꝓpheta de christo ꝛ eius ecclesia ꝓphetauerit/de rege scilicz et ciuitate quā condidit.

Additio iacobi passauātij. ¶ In hoc capitulo q̄ntodecimo mentionē facit aug⁹ de cētonib⁹. Dicunẗ autē centones versus excepti de pluribus auctoꝝ libris/vt adaptenẗ ad aliū sensum q̄ ꝑ auctores dicti fuerunt. Et dicuntur centones a cento grece qđ idem est qđ pungo latine: ꝛ cētū idem est qđ punctū vel punctio: q: tales versus excerpendi a legētib⁹ signabanẗ quibusdā punctis/vt ab alijs distincti citius occurrerēt. Isidorus aūt. j. ethy̅. dicit/q̄ cētones sunt versus cōpositi de aliquoꝝ opib⁹ more centenario. Et ꝯm hoc centones dicūtur a centū. Papias vo dicit q̄ centones apud grammaticos vocari solent q̄ de carminibus homeri vel virgilij ad ꝓpria opera more centenario et multis hīncinde cōpositis in vnum sartiūt corpus ad facultatē cuiuscūq; materie. Vn̄ Hieronym⁹ in ꝓlogo galeato biblie dicē: Quasi nō legerim⁹ homerocentonas ꝛ virgiliocentonas id est versus homeri et virgilij excerptos ex libris eoꝝ ad ꝓbandam passionē christi vel natiuitatē/cum ipsi aliẗ intēderent. Et tales versus pūctis signabanẗ: vnde dicebanẗ centōes. Hos versus homerocētonas scilz/eudoxia vxor theodosij minoris cōposuit siue excerpsit de libris homeri/videlicet iliade ꝛ odyssea. Proba vero vxor adelphi scripsit virgiliocentonas/quos excerpsit de libris virgilij eneidos/bucolicoꝝ ꝛ georgicoꝝ. De quibus Hieronym⁹ aliquos posuit in ꝓallegato ꝓlogo/ vt est illud: Iam redit ꝛ virgo/redeunt saturnia regna: Iam noua ꝓgenies celo demitteẗ alto. Ponuntur autē isti versus in bucolicis egloga quarta. Et loquiẗ ibi virgilius de salonino: cui pollio pater a salona ciuitate dalmatie capta nomen imposuit. Iste saloninus mox natus parentib⁹ risisse fertur: quod fuit malū omen: quoniā in suis primordijs interijt. Virgilius aūt voluit illud omen in bonū cōuertere: ꝛ dixit ipso regnāte esset iusticia in terra. Et multū commendat eū dicēs: Iam scz nato salonino/redit ꝛ virgo. i. iusticia: que ꝯm fabulas poetarū filia fuit astrei gigātis: que in celis rapta a dijs vlterius nō comparuit in terris. Redeunt saturnia regna. i. prima etas que fuit regnāte saturno: primo in grecia/postea in italia: qui expulsus fuit a filio suo ioue de grecia: vt supra dictū est. Que etas fingiẗ fuisse aurea ꝓpē hominū illi⁹ tēporis innocentiā et virtutū ꝓbitatē. Iā noua ꝓgenies celo demitteẗ alto. i. saloninus qui natione celestis putabaẗ: Illi aūt qui excerpserūt exposuerūt de christi natiuitate. Et similiter illud qđ habetur. j. eneidos. Nate mee vires mea magna potētia solus: que fuerūt verba veneris ad filiū suū cupidinē: ꝛ ipsi exponūt q̄ sunt verba dei patris ad filiū. Itē: Talia ꝯstabat memorās fixusq; manebat: q̄ fuerunt dicta de anchise patre enee: vt diciẗ. ij. eneidos. Ipsi vo exponunt de christo in cruce: et sic de alijs. Et patet q̄ male exponūt: quia ꝑter intentionem auctoꝝ homerocentonas ꝛ virgiliocētonas ego vidi ꝛ legi: vbi multa similia continenẗ.

Nota grandi.

¶ De his que in q̄dragesimoquarto psalmo ad christum et ecclesiam pertinentia/aut aperte dicūtur aut tropice. Capitulū. XVI.

Quamlibet eīn de quacūq; re ꝓprie sint atq; manifeste ꝓphetice locutiones: necesse est vt eis etiā tropice misceātur: que maxime ꝓpter tardiores ingerunt doctiorib⁹ laboriosum disputādi exponendiq; negocium: quedā tamen christum ꝛ ecclesiam ipsa prima facie mox vt dicuntur ostendūt: etsi ex ocio restant exponēda que in eis minus intelliguntur: quale illud est in eodem psalmoꝝ libro: Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea A

Ps. 44. a.

benedixit te deus in ęternū. Accingere gla/
dium tuū circa femur tuū potētissime. Spe
cie tua ⁊ pulchritudine tua/intende ꝓspere
ꝓcede ⁊ regna. Propter veritatē ⁊ mansue/
tudinē ⁊ iusticiā: et deducet te mirabilit̄ de
xtera tua. Sagittę tuę acutę potentissime.
Populi sub te cadent in corda inimicoꝝ re
gis. Sedes tua deus in ſecula ſeculorū: vir
ga directionis virga regni tui. Dilexisti iu/
ciam ⁊ odio habuisti iniquitatem: ꝑpterea
vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo exultatiōis pre cō/
participibus tuis. Myrrha ⁊ gutta et casia
a vestimētis tuis a domib⁹ eburneis: ex qui
bus delectauerūt te filię regū i honore tuo.
B Quis nō hic christū quē prędicam⁹ ⁊ i quē
Ps.44.b. credim⁹ quālibet sit tardus agnoscat: cum
audiat deū: cui⁹ ſedes est in ſecula ſeculoꝝ
⁊ vnctum a deo vtiq̄ sicut vngit deus: non
visibili ſed ſpiritali atq̄ itelligibili chrisma
te? Quis eīn tam rudis est in hac religione
vel tam surdus aduersus ei⁹ famā longe la/
teq̄ diffusam: vt christum a chrismate/hoc
est ab vnctione appellatū esse non nouerit?
Agnito autē rege christo: iā cętera quę hic
tropice dicta sunt/quō sit speciosus forma
prę filijs hominū: quadā tanto magis amā
da atq̄ mirāda/quāto minus corporea pul
chritudine: quis gladius eius/quę sagittę/
⁊ cętera: isto modo nō ꝓprie ſed tropice po
sita: iam subdit⁹ ei qui regnat/ꝓpter verita
tem ⁊ māsuetudinē et iusticiam inquirat ex
ocio. Deinde aspiciat eius eccłiam tāto vi/
ro ſuo ſpiritali cōnubio ⁊ diuino amore cō/
iunctā: de qua dicitur in his quę ſequūtur:
C Astitit regina a dextris tuis/in vestitu deau/
Ps.44.c. rato circūamicta varietate. Audi filia et vi/
de ⁊ inclina aurē tuā. Et obliuiscere popu/
lum tuū ⁊ domū patris tui. Quoniā concu
piuit rex ſpeciē tuā: qm̄ ipse est dn̄s deus tu
us. Et adorabūt eū filij tyri in muneribus:
vultū tuū deprecabunt̄ omnes diuites ple/
bis. Omnis gloria ei⁹ filię regis intrinsecus
in fimbrijs aureis circumamicta varietate.
Afferent̄ regi virgines post eā: proxime eius
afferent̄ tibi. Afferent̄ in lęticia ⁊ exultatōe
adducent̄ in tēplū regis. Pro patrib⁹ tuis na
ti sunt tibi filij: constitues eos principes su/
per omnē terram. Memores erunt nois tui
D dn̄e/in omni generatiōe ⁊ ꝓgenie. Propterea
populi confitebunt̄ tibi in ęternū/⁊ in ſęcu/
lū ſęculi. Non opinor quēq̄ ita dissipere/vt
hic aliquā mulierculā prędicari credat atq̄
describi: cōiugē videlicet illi⁹ cui dictū est:
Sedes tua de⁹ in ſęcula ſęculorū: virga di/
rectionis virga regni tui. Dilexisti iusticiā/
et odio habuisti iniq̄tatē: ꝓpterea vnxit te
deus deus tuus oleo exultationis prę par/
ticipib⁹ tuis: christum vtiq̄ prę christianis

hi sunt eīn participes eius/ex quoꝝ in omī
bus gentibus vnitate atq̄ cōcordia fit ista
regina: sicut ⁊ in alio psalmo de illa dicitur
Ciuitas regis magni. Ipsa est sion spiritali/ Ps.47.b.
ter: Quod nomen latine interpretatum spe
culatio est. Speculatur eīn futuri ſęculi ma
gnum bonum: quoniā illuc dirigitur ei⁹ in/
tentio. Ipsa est ⁊ hierusalem eodem modo
spiritaliter: vnde multa iam diximus: eius
inimica est ciuitas diaboli babylon: quę cō
fusio interpretatur. Ex qua tamen babylo/
ne regina ista in omnibus gentibus regene
ratione liberat̄: ⁊ a pessimo rege ad optimū
regem/id est a diabolo transit ad christum. E
Propter quod ei dicit̄: Obliuiscere popu/ Ps.44.c.
lum tuum ⁊ domū patris tui. Cuius ciuita/
tis impię portio sunt israelitę sola carne nō
fide: inimici etiā ipi magni regis hui⁹ eiusq̄
reginę. Ad ipsos eīn veniens et ab eis chri/
e ¶ Anaximander ꝛc. Nota vt patet supra li. viij. anaximāder discipulus erat thaletis milesij: anaximenes vero discipulus anaximādri.

f ¶ Xenophanes ꝛc. De xenophane nihil mihi qd legerim occurrit nisi q scpsit de eo Cicero lib. j. de natura deorum dicēs: Xenophanes mente adiūcta oē preterea quod eēt infinitū deum voluit eē.

g ¶ Tūc et pythagoras ꝛc. Pythagoras fuit tēpore cambysis: qui successit cyro. Ex dictis etiā Soloni videt fuisse tēpore Bruti: q̄ primus cōsul erat p⁹ reges exactos et expulsos.

C

¶ Nona veritas/ q regnante apd hebreos sedechia et apud romanos tarquinio p̄sco ductus est popul⁹ iudaic⁹ captiu⁹ i babyloniā. Et eodē tpe pythagoras claruit: vnde ortū ē nomen philosophie.

¶ Decima veritas/ q p idē tēp⁹. s. captiuitatis iudeorū/ cyrus rex persaꝝ/ qui ꝛ chaldeis et assyriis imperabat: relaxata captiuitate iudeorum quinq̄gita milia hoim ad instaurādū templū regredi fecit: a quib⁹ tantū prima septa fundamentoꝝ edificata sunt: quia p hostes impediti fuerūt vsq3 ad dariū: p qd temp⁹ ista sunt gesta que scripta sunt in libro Judith: quē hebrei i canone non recipiunt. Sub dario ḡ rege persarū impletis septuaginta annis/ quos hieremias ꝓpheta predixerat/ soluta est tota captiuitas ꝛ libertas reddita/ regnante septimo rege romanorū tarq̄nio. Et sic patet f̄m p̄dicta q ille nabuchodonosor/ cui⁹ militie princeps fuit holofernes/ fuit cyr⁹ p̄sens: q̄ cui⁹ tēpore dicit esse factū miraculum iudith. Hūc cyrū nōnulli putant fuisse filium assueri ꝛ hester.

¶ In hoc capitulo. xxv. mētionē facit Aug⁹ de septē sapiētib⁹ quos nominat adiūctis q̄busdā alijs: de quibus expositor aliquid tangit hic: s3 de eis alis plenius dicetur. Additio iacobi passauantis

Expō ca. XXVI

h Per idē tempus ꝛc. In hoc ca. qd dicit dilatū est opus vsq3 ad dariū/ intelligēdū est de dario filio hystaspis: q̄ cepit regnare persis anno ab vrbe condita trigesimotertio.

A Decia Vitas 1. Esdre. 1. a.

i ¶ Per idē temp⁹. s. q̄ impedita ē edificatio tēpli: etiā illa gesta sunt que scpta sūt in libro iudith/ s3 tēpore Cambysis secūdi regis persarū: qui et ibi dicit nabuchodonosor. 1. Esdre. 2. a.

k ¶ Sub dario ergo rege persarum: s3 annis septuaginta impletis ꝛc. Nota q p̄m⁹ rex romanorū fuit romulus/ secūdus numa/ tertius tullus/ quart⁹ ancus/ quint⁹ priscus tarquini⁹/ sext⁹ serui⁹ tullus/ septim⁹ tarquini⁹ superbus: de cui⁹ expulsione patet. s. li. iij. ca. xv. 1. Esdre. 3. b. 1. Esdre. 4. a.

Judith. 1. a. Hiere. 25. c.

tempus pphetas habuit popul⁹ israel: qui cum multi fuerint/paucorū ꝛ apud iudeos ꝛ apud nos canonica scripta retinētur. De quib⁹ me aliqua positurum pmisi in hoc libro/cum clauderē superiorem: quod iam video esse faciendum. li.17.de ciuit. ca.24.b.

De temporib⁹ prophetarū/quorū oracula habētur in libris: quiqꝫ tunc de vocatione gentiū multa cecinerūt/quando romanorū regnū cepit/assyriorūqꝫ defecit. Ca. XXVII

A Expo.ca.XXVII. Empora igitur ꝛc. In hoc capitulo nota ꝙ Procas filius auentini auus romuli cepit regnare āno xv. ozie regis iuda: (Osee.1.a.) cuius tempore ceperunt primo pphetare pphete illi qui nō tm̄ populo pprio/sꝫ etiā gentibus salutē pphetabāt. (Amos.1.a.) Nota ꝙ regnū assyriorū defecit anno ducētesimo octauo regis auentini.

Tempora igitur eorū vt possim⁹ aduertere/in anteriora paululū recurram⁹. In capite libri Osee pphete qui pm⁹ in duodecim ponit/ita scriptū est: Verbū dn̄i quod factum est ad osee in dieb⁹ ozie/ioathan/ꝛ achaz et ezechie regum iuda. Amos qꝫ i diebus ozie regꝫ pphetasse se scribit: Addit etiā hieroboā regem israel: qui p eosdem dies fuit. Nec nō esaias filius amos siue supradicti pphete: siue quod magis phibet alteri⁹: qui nō ppheta eodē noie vocabat: eosdem reges q̄ttuor q̄s posuit osee i capite libri sui ponit: quorū dieb⁹ se pphetasse preloquit. (Micheę.1.a.) Micheas etiā eadē sue pphetie commemorat tēpora post dies osee: Nam tres qui sequūtur reges nominat/quos ꝛ osee nominauit: Joathan ꝛ achaz et ezechiā. Hi sunt q̄s eodē tēpore simul phetasse ex eorū litteris inuenit. B His adiungit ionas eodem ozia rege regnāte ꝛ iohel: cū iam regnaret ioathā/q̄ successit ozie. Sed istorū pphetarū duorꝫ tēpora in chronicis nō in eorū libris potuimus inuenire: qm̄ de suis dieb⁹ tacent. Tendunt aūt hi dies a rege latinorū proca siue superiore auētino vsqꝫ ad regē romulū iā romanū: vel etiā vsqꝫ ad regni primordia successoris eius nume pompilij. (4.Reg.20.a.) Ezechias qꝫ ppe rex iuda eousqꝫ regnauit: ac per hoc per ea tēpora isti velut fontes pphetie pariter eruperūt: quādo regnū defecit assyriorū/cepit romanorū: vt scꝫ quēadmodū regni assyriorū primo tēpore extitit abraam: (Gen.22.d.) cui pmissiōes apertissime fierēt in eius semine benedictiōis omniū gentiū: ita in occidētalis babylonis exordio: qua fuerat christ⁹ imperante regnatur⁹: in quo implerent illa pmissa oracula pphetarū: nō solū loquentiū/verūetiā scribentiū in tante rei future testimonium soluerent. Cū eīn pphete nunqꝫ fere de fuissent populo israel/ex quo ibi reges eē ceperunt: in vsum tm̄mō eorū fuere/non gentium. Quādo aūt ea scriptura manifestius pphetica condebat que gentib⁹ quandoqꝫ pdesset: tūc oportebat incipere/qn̄ cōdebatur hec ciuitas que gentib⁹ imperaret.

De his que ad euangeliū christi pertinēt quid osee et amos prophetauerint. Capl'm. XXVIII.

Osee igit ppheta quāto pfundius quidē loquit/tāto opos⁹ penetrat. A Sed aliqd inde sumēdū est/ꝛ hic ex nostra pmissiōe ponendū. Et erit inquit in loco q̄ dictū est eis: nō populus me⁹ vos: vocabūtur ꝛ ipsi filij dei viui. (Osee.1.d.) Hoc testimoniū pphetícū de vocatiōe ppli gentiū: qui pri⁹ nō pertinebat ad deū: etiā aplī intellexerūt. (Rom.9.c. 1.Petri.2.b.) Et qꝛ ipse qꝫ popul⁹ gentiū spiritaliter est in filijs abrae: ac per hoc recte dicit israel: ppterea sequit/ꝛ dicit: B Et pgregabunt filij iuda: ꝛ filij israel in idipsum: ꝛ ponēt sibimet pncipatū vnū/ꝛ ascendēt a terra. (Osee.1.d.) Hoc si adhuc velim⁹ exponere/eloquij pphetici obtūdet sapor. Recolatur tamē lapis ille angularis/ꝛ duo illi parietes: (Eph.2.d.) vnus ex iudeis/alter ex gētibus: ille noie filiorū iuda/iste noie filiorū israel: eidē vni pncipatui suo in idipsum intētes: ꝛ ascēdētes agnoscant in terra. C Istos aūt carnales israelitas q̄ nūc nolūt credere in christū postea credituros.i.filios eoꝝ: nā vtiqꝫ isti in suū locū moriēdo trāsibūt: idē ppheta testat dicēs: Qm̄ diebus multis sedebunt filij israel sine rege/sine principe/sine sacrificio/sine altari/sine sacerdotio/sine manifestatiōib⁹. (Osee.3.d.) Quis nō videat nunc sine istis esse iudeos? Sed quid adiūgat videamus. Et postea inqt reuertent filij isrl' ꝛ inquirēt dn̄m deū suū/ꝛ dauid regē suū: ꝛ stupescent in dn̄o ꝛ in bonis ipsi⁹ i nouissimis dieb⁹. Nihil est ista pphetia māifesti⁹/qua dauid regis noie significat⁹ itelligit christ⁹ q̄ fact⁹ est (sicut dicit apl'us) ex semie dauid fm carnē. (Roma.1.a.) D Prenūciauit iste ppheta etiā tertia die christi resurrectionē futurā: sicut eā pphetica altitudine pnūciari optebat: vbi ait: Sanabit nos post biduū/ꝛ in die tertio resurgem⁹. (Osee.6.a.) Scdm̄ hoc eīn nobis dicit apl's: Si psurrexistis cū christo/q̄ sursum sunt q̄rite. (Col.3.a.) Amos qꝫ de rebus talibus sic pphetat: Prepara inqt te vt inuoces deū tuū israel: (Amos.4.d) qꝛ ecce ego firmās tonitruū ꝛ creans spm̄ ꝛ annūciās in hoibus christū suū. Et in alio loco: In illa die inqt resuscitabo tabernaculū dauid qd̄ cecidit: (Amos.9.c.) ꝛ redificabo q̄ ceciderunt ei⁹: ꝛ destructa ei⁹ resuscitabo: ꝛ redificabo ea sicut dies seculi: ita vt exqrāt me residui hoim̄: ꝛ oēs gentes in qb⁹ inuocatū est nomē meū sup eos: dicit dn̄s faciēs hec.

N

¶ Que ab Esaia de christo et ecclesia sint predicta. Ca. XXIX.

A Esaias ppheta nō est i libro duodecim pphetarū: q̄ ppterea dicunt̄ minores: q2 sermones eoꝝ sūt breues: ī eoꝝ cōpatiōe: q̄ maiores ideo vocant̄: q2 prolixa volumina ɔdiderūt. Ex quib⁹ ē hic esaias: quē ppter eadē pphetię tpa subiūgo supradictꝭ duob⁹. Esa.1.a. Esaias ergo inter illa q̄ iniqua arguit/ꝛ iusta precipit: ꝛ pctōꝛ populo mala futura ꝑdixit: etiam de christo ꝛ ecclesia: hoc ē de rege: et ea quā cōdidit ciuitatē/ multo plura q̄ ceteri pphetauit: ita vt a q̄busdā euāgelista q̄ ppheta potius diceret. Hiero.in plo. super Esa. Sed ppter rationē opis termināndi: vnū de multis hoc loco ponā. Ex ꝑsona quippe dei B patris loquēs: Ecce inqt intelliget puer me Esa.52.d. us: exaltabit̄ ꝛ glorificabit̄ valde. Quēadmo Roma.15.c. dū stupescēt sup te multi: ita gloria priuabitur ab hominibus species tua: ꝛ gloria tua ab hominibus: ita mirabunt̄ gentes multę super eū: ꝛ ɔtinebūt reges os suū: qm̄ quibus nō est annunciatū de illo videbūt: ꝛ qui nō Esa.53.a audierūt intelligent. Dn̄e quis credidit au Roma.10.c. ditui nostro: ꝛ brachiū dn̄i cui reuelatū est? Annūciabimus coram illo vt infans: vt radix in terra sitiēti: nō est species illi neq3 gloria: ꝛ vidimus eū: et nō habebat speciē neq3 decorē: sed species eius sine honore deficiens p̄ omnibus hominibus. Hō in plaga positus: ꝛ sciens ferre infirmitatē: qm̄ auersa ē facies eius: inhonorat⁹ est: nec magni existimat⁹ est. Hic peccata nostra portat: ꝛ p nobis dolet: ꝛ nos existimauim⁹ illū esse in dolore ꝛ in plaga ꝛ in afflictione. Ipse aūt vulneratus est ppter iniqtates nostras: ꝛ infirmatus ē ppter peccata nostra. Eruditio pacis nostrę in eo: liuore ei⁹ nos sanati sum⁹. Omnes vt oues errauim⁹: homo a via sua errauit: ꝛ dn̄s tradidit illum p peccatis nostris: ꝛ ipse ppter quod afflictus est/nō aperuit os. Ut ouis ad immolandum ductus est: et vt agnus ante eū qui se tonderet sine voce: sic nō aperuit os suuz. In humilitate quippe iudiciū eius sublatū est: generationē eius quis enarrabit? Qm̄ tollet̄ de terra vita eius. Ab iniqtatib⁹ populi mei duct⁹ ē ad mortē: et dabo malignos p sepultura ei⁹ et diuites p morte sua: qm̄ iniqtatem nō fecit nec dolus inuētus est in ore suo: ꝛ dn̄s vult purgare euz de plaga. Si dederitis pro peccato animā vestram: videbitis semen longęuum: et dn̄s vult auferre a dolore animam eius: ostendere illi lucem/et formare intellectum: iustificare iustū: bene seruientē pluribus: et peccata eorū ipse portauit. Propterea ipse hereditabit plures: et fortiū diuidet spolia: ppter quod tradita ē ad mortē anima eius: ꝛ inter iniquos estimatus est: ꝛ ipse peccata multoꝝ portabit: et ppter peccata eorum traditus est. Hec de christo. Iam C vō de ecclesia quod sequit̄ audiamus. Letare sterilis inquit quę nō paris: erumpe et Esa.54.a exclama quę nō parturis: quoniā multi filij Gal.4.d. deserte magis q̄ eius quę habet virum. Dilata locum tabernaculi tui: ꝛ palos caularū tuarū fige. Noli parcere: prolonga funiculos tuos: et palos tuos conforta. Adhuc in dexterā et sinistrā partē extende: et semē tuum hereditabit gētes: et ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas quoniā cōfusa es: neq3 reuerearis/quia exprobrata es: quoniam confusionē ęternā obliuisceris: ꝛ opprobrij viduitatis tuę nō eris memor: quoniaz dn̄s faciens te/dn̄s sabaoth nomē eius: et q̄ eruit te/ipse deus israel vniuersę terrę vocabitur/et cętera. Uerū ista sint satis: et in eis sunt exponēda nōnulla. Sed sufficere arbitror: quia ita sunt aperta/vt etiā inimici intelligere cogantur inuiti.

¶ Que Micheas et ionas et iohel nouo testamento congruentia prophetauerunt. Ca. XXX.

A Micheas propheta christuz in figura ponens cuiusdā magni montis hec loquitur: Erit in nouissimis di Michee.4.a. ebus manifestus mons domus dn̄i/ꝑparatus sup vertices montiū: et exaltabit̄ super Esa.2.a. colles: et festinabunt ad eū plebes ꝛ gentes multę ibunt et dicent: Uenite ascendamus ad montē dn̄i et in domū dei iacob: et ostendet nobis viam suam: et ibimus in semitis eius: quia ex sion procedet lex: et verbū domini de hierusalē: et iudicabit inter plebes multas: et redarguet gentes potentes vsq3 in longinquū. Predicens iste ppheta/et locum in quo natus est christus. Et tu inquit Michee.5.a. bethleem domus effrata: nequaq̄ minima Mat.2.a. es vt sis in milibus iudę: ex te mihi prodiet dux vt sit in principē israel: et egressus eius ab initio et ex diebus ęternitatis: propterea dabit eos vsq3 ad tēpus quo parturiens pariet: et residui fratres ei⁹ conuertētur ad filios israel: et stabit ꝛ videbit: et pascet gregem suum in virtute dn̄i: ꝛ in honore nominis dn̄i dei sui erūt: quoniā nūc magnificabit̄ vsq3 ad summū terrę. Ionas autē pro B pheta nō tam sermone christū q̄ sua quadā passione prophetauit: profecto aptius q̄ si eius mortē et resurrectionē voce clamaret. Ut quid enim exceptus est ventre beluino Jone.2.d. ꝛ die tertio reddit⁹: nisi vt significaret chri Mat.12.d. stū de ꝓfundo inferni die tertio redditurū. Iohel oia q̄ pphetat multis verbis cōpellit exponi: vt q̄ pertinēt ad christū ꝛ ecclesiam dilucescant. Unū tamē quod etiā apostoli

cōmemorauerunt quando in congregatos credentes spiritussanctus sicut a christo ꝑmissus fuerat desuper venit/non pretermittam. Johel.2.g. Et erit inquit post hec: et effundaz de spiritu meo super omnem carnem:et ꝓphetabunt filij vestri et filie vestre: et seniores vestri somnia somniabunt:ꝛ iuuenes vestri visiones videbunt:et quidem in seruos meos et ancillas meas/in illis diebus effundā de spiritu meo.

¶ Que in Abdia/ in Naum et abacuk de salute mūdi in christo prenūciata reperiantur. Ca.XXXI.

A Tres ꝓphete de minoribus/ Abdias/naum/et abacuk:nec sua tempora dicunt ipsi:nec in chronicis Eusebij et Hieronymi quādo prophetauerint inuenitur. Abdias enim positus est quidez ab eis cum Michea/ sed nō eo loco vbi notantur tēpora:quādo Micheaz prophetasse ex eius litteris constat: quod errore negligenter describentiū labores alienos existimo contigisse. Duos vō alios cōmemoratos in codicibus chronicorum quos habuimus nō potuimus inuenire: tamē quia in canone cōtinētur: nec ipsi oportet preteream a nobis. Abdias quantum ad scripturā eiꝰ attinet:omniū breuissimꝰ ꝓphetaruz/ aduersus idumeā gentē loquitur.i.esau/ vniꝰ ex duobꝰ geminis filijs Isaac nepotibꝰ abrae/maioris illiꝰ reprobati. Porro si idumeam modo locutionis quo intelligitur/a parte totū accipiamꝰ positā esse ꝑ gentibꝰ:ō christo agnoscere possumꝰ quod ait inter cetera Abdie.1.f. In montem autem sion erit salus ꝛ erit sanctū. B Et paulopost in fine ipsiꝰ prophetie. Et Abdie.1.g. ascendēt inquit saluati ex monte sion/vt defendant montē esau: et erit dño regnū. Apparet quippe id esse completū: cum saluati ex monte sion: id est ex iudea credentes in christum qui precipue agnoscuntur apostoli: ascenderūt vt defenderēt nomē esau. Quomodo defenderunt/nisi ꝑ euangelij predicationem Col.1.c. saluos faciēdo eos qui crediderūt: vt eruerentur de potestate tenebraꝝ:ꝛ trāsferrentur in regnum dei? Quos consequenter expressit addendo: Et erit dño regnum. Mons enim sion iudeam significat:vbi futura predicta est salus/et sanctum quod est christꝰ iesus. Mons vō Esau idumea est:ꝑ quam significata est ecclesia gentiū:quā defenderunt sicut exposui saluati de monte sion vt esset domino regnum. Hoc obscurum erat anteq̄ fieret: sed factuz quis nō fidelis C agnoscat? Naum vero propheta/immo per Naum.1.d. illum deus: Exterminabo inquit sculptilia et conflatilia:ponam sepulturā tuam:quia ecce veloces super montes pedes euangelizantis et annunciantis pacem. Celebra iuda dies festos tuos:redde vota tua: q: iam non adijcient vltra vt transeant in vetustatem: consummatū est/consumptū est/ablatum est. Ascendit qui insufflat in faciem tuam:eripiens te ex tribulatione. Naum.1.a. Quis ascendeit ab inferis/et insufflauerit in faciem iude:hoc est iudeoꝝ discipuloꝝ spiritū recolit sanctū/qui meminit euangelium. Job.20.c. Ad nouum enī testamentū pertinēt:quoꝝ dies festi ita spiritaliter innouātur vt in vetustatē transire nō possint. Porro per euangeliū exterminata sculptibilia ꝛ cōflatilia:id ē idola deorum falsoꝝ:et obliuioni tanq̄ sepulture tradita iam videmus:et hanc etiam in hac re prophetiā completam esse cognoscimus. D Abacuk de quo alio q̄ d̄ christi aduētu qui futurus erat intelligitur dicere. Et respondit dñs ad me et dixit: Abacuk.2.a. Scribe visū aptum i buxo:vt assequatur qui legit ea: quia adhuc visio ad tempus:ꝛ orietur in fine:ꝛ nō inuacuū ibi:si tardauerit sustine eū:quia veniens veniet/ꝛ nō morabitur.

¶ De prophetia que in orōne abacuk et cātico cōtinētur. Ca.XXXII.

A In oratione autez sua cum cantico/cui nisi christo dño dicit? Abacuk.3. Domine audiui auditionē tuam ꝛ timui. Dñe consideraui opera tua et expaui. Quid enī hoc est/ nisi ꝑcognite noue ac repentine salutis hominū ineffabilis admiratio? In medio duorū aialiuz cognosceris:quid est/nisi aut in medio duoꝝ testamentoꝝ/aut in medio duorū latronū/aut in medio moysi ꝛ helie cuz Mat.17.a. eo in monte sermocinantiū? Dū appropinquāt anni cognosceris/in aduentū tpis ostēderis:hoc q: ꝑ se patet/non est exponendū. Qd vō sequitur exponendū: in eo dū conturbata fuerit aīa mea/in ira misericordie memor eris: Abacuk.3.a. qd est nisi q̄ iudeos in se trāsfiguraūt de quoꝝ gente fuit:qui cū magna ira turbati crucifigerent christū:ille misericordie memor dixit: Pater ignosce illis:quia nesciūt quid faciunt? Lu.23.e. Deꝰ de theman veniet:et sanctus de monte vmbroso ꝛ cōdenso. Abacuk.3.a. B Qd hic dictuz est/de theman veniet:alij interpretati sunt ab austro vel ab aphrico:ꝑ quod significatur meridies:id est feruor charitatis ꝛ splēdor veritatis. Montē vō vmbrosū atq̄ cōdensum/ q̄uis multis modis possit intelligi:libentius acceperim scripturarū altitudinem diuinarū/quibꝰ prophetatꝰ est christus. Multa ibi quippe vmbrosa atq̄ condensa sunt que mentē querētis exerceāt. Inde autem venit/cum ibi eū qui intelligit inuenit. Operuit celos virtꝰ eiꝰ:et laudis eiꝰ plena ē terra:quid est nisi qd etiā in psalmo dicitur Exaltare sup celos deus: et sup omnē terrā Ps.107.a.

Abacuk.3.a gloria tua. Splẽdor ei⁹ vt lumen erit: quid est nisi q fama eius credentes illuminabit. Cornua in manibus eius sunt: quid est nisi tropheum crucis? Et posuit charitatem fir mã fortitudinis sue: nec exponendũ est. Ante
Ibidem. faciem ei⁹ ibit verbũ: et prodiet in campum post pedes ei⁹: quid ẽ nisi q et anteq̃ huc veniret prenunciatus est: ⁊ posteaq̃ hinc re
C uersus est/ annũciat⁹ est? Stetit ⁊ terra com mota est: quid est nisi q stetit ad subuenien
Abacuk.3.b dũ: ⁊ terra cõmota est ad credendũ. Respe xit ⁊ tabuerũt gẽtes: hoc est/ miserť ẽ ⁊ fe cit populos penitẽtes. Cõtriti sũt mõtes vi olẽtia: hoc est vim facientib⁹ miracul: elato rum ꝯtrita est superbia. Defluxerunt colles eternales: hoc est/ humiliati sunt ad tẽpus/ vt erigerenť in eternum. Ingressus eternos ei⁹ ꝓ labo rib⁹ vidi: hoc est/ nõ sine mercede eternitatis laborẽ charitatis aspexi. Taber nacula ethiopum expauescent: et taberna cula terre madian: hoc est gentes repẽte ꝑ territe nũcio mirabiliũ tuoꝝ: etiã q̃ nõ sunt in iure romano/ erunt in populo christiano. Nũquid in fluminib⁹ irat⁹ es dñe: aut in flu minibus furor tu⁹/ vel in mari impet⁹ tuus?
Job.3.b. Hoc ideo dictũ est: quia nõ venit nũc vt iu
D dicet mundũ/ sed vt saluet mũdus ꝑ ipsum.
Abacuk.3.b. Qui ascendes sup equos tuos: ⁊ equitatio tua salus: hoc est/ euangeliste tui portabũt te/ quia regunť a te: et euangeliũ tuuȝ salus est eis qui credunt in te. Intendens inten des arcũ tuũ super sceptra dicit dñs: hoc ẽ/ cõminaberis iudicium tuũ etiam regib⁹ ter re. Fluminib⁹ scindetur terra: hoc est influẽ tibus sermonib⁹ predicantiũ te aperienť ad confitendũ hominũ corda: quib⁹ dictũ est:
Johelis.2.c. Scindite corda vestra/ ⁊ nõ vestimenta ve
Abacuk.3.b. stra. Quid est: videbũt te ⁊ dolebũt populi nisi vt lugẽdo sint beati? Quid est/ dispgẽs aquas incessu: nisi ambulando in eis qui te vsq̃quaq̃ annunciãt/ hac atq̃ illac disper gis fluenta doctrine? Quid est/ abyssus de dit vocem suam? An ꝓfunditas cordis hu mani quid ei videretur expressit? Altitudo phantasie sue/ tanq̃ versus superioris est ex positio: altitudo eñ est abyssus. Quod au tem ait/ phantasie sue: subaudiendũ est vo cem dedit: hoc est quod dixim⁹/ quid ei vi
E derť expressit. Phantasia quippe visio est: quã nõ tenuit/ nõ operuit/ sed confitẽdo eru
Abacuk.3.c ctauit. Eleuatus est sol: et luna stetit in or dine suo: hoc est/ ascendit christus in celũ: et ordinata est ecclesia sub rege suo. In lu cem iacula tua ibunt: hoc est nõ ĩn occultũ sed in manifestũ verba tua mittenť. In splẽ dorem coruscationis armoꝝ tuorũ: subau
Mat.10.c diendũ est/ iacula tua ibunt. Dixerat eñ su is: Que dico vobis in tenebris dicite in lu mine. In cõminatiõe minorabis terrã: id ẽ Abacuk.3.c cõminãdo humiliabis homines. Et in furo re deiicies gẽtes: q2 eos qui se exaltãt vindi cãdo collides. Existi in salutẽ populi tui vt saluos faceres christos tuos. Misisti i capi ta iniquorũ mortẽ: nihil hoꝝ est exponẽdũ. Excitasti vincla vsq̃ ad collũ. Et bona hic Eccl.6.c. possunt intelligi vincula sapiẽtie/ vt vinciã tur pedes in compedes ei⁹: et collem in tor quem eius. Precidisti in stupore mẽtis tue: subaudiam⁹ vincula. Excitauit eñ bona/ ꝑ cidit mala. De quib⁹ ei dicit: Dirupisti vin Ps.115.b cula mea: et hoc in stupore mẽtis: id est mi rabiliter. Capita potentiũ mouebunť i ea/ sc3 admiratione. Adaperient morsus suos: si Abacuk.3.c cut edẽs paup in abscõso. Potẽtes eñ qui dã iudeorũ veniebant ad dominũ facta ei⁹ ⁊ verba mirati: et esurientes panẽ doctrine manducabãt abscõse/ ꝓpter metũ iudeoꝝ: F sicut eos prodit euangeliũ. Et imisisti i ma Ibidem re equos tuos turbãtes aquas multas: q̃ ni hil sunt aliud q̃ populi multi. Nõ eñ alij ti Apocal.17.d more ꝯuerterenť/ alij furore ꝑsequerenť/ nisi oẽs turbarenť. Obseruaui ⁊ expauit venter Abacuk.3.d me⁹ a voce orationis labioꝝ meoꝝ. Et itro iuit tremor in ossa mea: ⁊ subt⁹ me turbata ẽ habitudo mea. Intẽdit i ea q̃ dicebat: ⁊ ipe sua in orõne est ꝑterrit⁹/ quã ꝓphetice fũde bat: ⁊ in q̃ futura cernebat. Turbatl eñ po pulis multis/ vidit iminẽtes ecclie tribula tiões: cõtinuo q̃ se membꝝ ei⁹ agnouit atq̃ ait: Requiescã in die tribulationis: tãq̃ ad eos pertinẽs qui sunt spe gaudentes/ in tri Roma.12.c. bulatione patientes. Ut ascendam inquit Abacuk.3.d ad populuȝ peregrinationis mee. Recedẽs vtiq̃ a populo maligno carnalis cognatio nis sue/ non peregrinante in hac terra/ neq̃ supernã patriam requirẽte: quoniã ficus in quit non afferet fructus: ⁊ nõ erunt natiui tates in vineis. Mentieť opus oliue: ⁊ cam G pi nõ facient escam. Defecerũt ab esca oues et non supersunt in presepibus boues. Ui dit eam gentem que christum fuerat occisu ra: vbertatẽ copiarũ spiritaliũ perdituram: quas per terrenã fecunditatem more ꝓphe tico figurauit. Et quia iraȝ dei talem ꝓpter Roma.10.a ea passa est illa gens: quia dei ignorans iu sticiã suam voluit constituere/ iste cõtinuo: Abacuk.3.d Ego aũt inq̃t in dño exultabo: gaudebo in deo salutari meo. Dñe deus me⁹ virt⁹ mea/ statuit pedes meos in cõsummationẽ. Su per excelsa imponet me vt vincã in cantico eius: sc3 illo cantico/ de quo similia quedaȝ dicunť i psalmo. Statuit supra petrã pedes Ps.39..a meos: ⁊ direxit gressus meos: ⁊ immisit i os meum canticum nouũ: hymnũ deo nostro. Ipse ergo vincit i cãtico dñi q̃ placet i eius laude nõ sua: vt qui gloriať/ in dño glorieť. 2.Cor.10.d

Undecima veritas. ¶ Melius autē mihi videntur quidā codices habere: gaudebo in deo iesu meo: q̄ hi qui volentes id latine ponere/nomē ipm nō posuerunt/quod est nobis amicitius et dulcius nominare. [Abacuk.3.d.]

¶ Undecima Vitas/q̄ melius habent illi codices q̄ habent in cantico abacuk: Exultabo in deo iesu salutari meo: q: nomē iesu est nobis inqt amicitius & dulcius noiare.

¶ De christo/et vocatiōe gentium: que hieremias et Sophonias prophetico spū sunt prefati. Ca. XXXIII

A Hieremias ppheta de maiorib⁹ est sicut & esaias: non de minoribus/sicut ceteri de quorū scriptis nōnulla iam posui. [Hiere.1.a.] Prophetauit aūt regnāte Josia in hierl'm/& apud romanos anco martio iam ppinquāte captiuitate iudeorū. [Hiere.52.c.] Tetēdit autē pphetiā suam vsq; ad quintū mensem captiuitatis: sicut in ei⁹ litteris inueniutur. Sophonias aūt vn⁹ de minorib⁹ adiungitur ei: nā & ipse in dieb⁹ iosie pphetasse se dicit: sed q̄uisq; nō dicit. [Soph.1.a.] Prophetauit ergo hieremias nō solū anci martij/verūetiā tarquinij prisci tpib⁹: quē romani habuerūt q̄ntū regē. Ipse eñ qn̄ est illa captiuitas facta regnare iā ceperat. B Prophetās aūt de christo hieremias: Spūs inqt oris nostri dominus christ⁹ capt⁹ est in pctis nostris: sic breuiter ostendēs & dñm nrm iesum christum & passum esse p nobis. [Thren.4.d.] Itē alio loco: Hic de⁹ meus inqt/& nō estimabit alter ad eū: q inuenit oēm viā prudētie: & dedit eā iacob puero suo/& israel dilecto suo: post hec in terris visus est/& cū hominib⁹ conuersat⁹ est. [Baruch.3.d.] Hoc testimoniū quidā nō hieremie/s; scribe eius attribuūt: qui vocabatur baruch: sed hieremie celebratius habet. Rursus idē ppheta de ipso: Ecce inqt dies veniūt ait dñs: & suscitabo dauid germen iustū: et regnabit rex & sapiēs erit & faciet iudiciū & iusticiā in terra. [Hiere.23.b.] In dieb⁹ illis saluabit iuda: & israel habitabit confidēter: & hoc est nomē quod vocabunt eū/dñs iustus noster. C De vocatiōe autem gentiū que futura fuerat & eam nūc impletā cernim⁹/sic locut⁹ est: Dñe deus meus & refugiū meū in die malorū: ad te gētes venient ab extremo terre & dicēt: Vere mēdacia coluerūt patres nostri simulacra: et non est in eis vtilitas. [Hiere.16.d.] Quia vero nō erāt eū agnituri iudei/a quib⁹ eū & occidi oportebat: sic idē ppha significat: Graue cor p oīa & hō est: & quis cognoscet eū? [Hiere.17.c.] Hui⁹ est etiā illud qd in libro septimodecimo posui de testamēto nouo: cui⁹ est mediator christ⁹: ipe quippe hieremias ait: Ecce dies veniūt dicit dñs: & ↄsūmabo sup domū iacob testamētū nouū: & cetera q̄ ibi legunt. [Li.17.3. ca.3.b.] [Hiere.31.c.] D Sophonie aūt pphete q cū hieremia pphetabat: hec predicta interim de christo īterponā. Expecta me dicit dñs in die resurrectionis mee in futurū: quia iudiciū meū vt congregem gentes & colligā regna. [Soph.3.b.] Et iterū: Horribilis inquit domin⁹ sup eos: & exterminabit oēs deos terre: & adorabit eum vir de loco suo: omnes insule gentiū. [Soph.2.c.] Et paulopost: Tunc inquit transuertā in populos linguā: & pgenies eius vt omnes inuocēt nomen domini & seruiant ei sub vno iugo: a finib⁹ fluminū ethiopie afferēt mihi hostias: in illo die nō confunderis ex omnib⁹ adinuentiōib⁹ tuis quas impie egisti contra me: quia tunc auferam abs te prauitates iniurie tue: et iā nō adijcies vt magnificeris sup montē sanctū meū: et subrelinquā in te populū mansuetū & humilē: & verebunt in nomine dñi/qui reliqui fuerint israel. [Soph.3.b.] He sunt reliquie de quibus alibi pphetat: quod apostol⁹ etiā commemorat: Si fuerit numer⁹ filiorū israel sicut arena maris: reliquie salue fient. [Roma.9.f.] [Esa.10.c.] He q̄ppe in christū illi⁹ gētis reliquie crediderūt.

¶ De prophetia Danielis et Ezechielis: que in christū ecclesiāq; cōcordat. Capitulum. XXXIIII.

A In ipsa porro captiuitate babylonie daniel & ezechiel pphetauerūt prius alij scilicet duo ex prophetis maioribus. [Daniel.1.a.] [Ezech.1.a.] Quorū daniel etiam tempus quo venturus fuerat christus atq; passurus numero definiuit annorum: quod longū est computando monstrare/et ab alijs factitatum est ante nos. De potestate vero eius et gloria sic locutus est: Videbam inquit in visu noctis: & ecce cum nubibus celi filius hominis veniens erat: & vsq; ad vetustū dierum peruenit: et in cōspectu eius prelatus est: et ipsi datus est principatus & honor & regnū: & omnes populi/tribus & lingue ipi seruiēt. [Daniel.7.d.] Potestas eius potestas perpetua/que non transibit: et regnum eius quod nō corrūpetur. B Ezechiel quoq; more pphetico per dauid christum significans: quia carnē de dauid semine assumpsit: ppter quam formam serui qua factus est homo/etiam seruus dei dicit idem dei filius: sic eum pphetādo prenunciat ex persona dei patris. Et suscitabo inquit sup pecora mea pastorem vnum qui pascat ea: seruū meū dauid: & ipe pascet ea: & ipse erit his in pastorē. [Ezech.34.f.] Ego aūt autē dñs ero eis in deū: & seruus meus dauid princeps in medio eorū: ego domin⁹ locut⁹ sum. Et alio loco: Et rex inqt vnus erit oibus imperans: & nō erūt vltra due gentes: nec diuidētur ampli⁹ i duo regna: neq; polluent vltra in idolis suis & abominatiōib⁹ suis & in cunctis iniqtatib⁹ suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis in quib⁹ peccauerūt: [Ezech.37.f.]

et mundabo eos: et erunt mihi populus: et ego ero illis deus: et seru⁹ me⁹ dauid rex sup eos: ꝛ pastoꝛ vn⁹ erit omniũ eoꝛum.

¶ De trium prophetarum vaticinio: id est Aggei/zacharie et Malachie. Capitulum. XXXV.

A 1. Esdre. 5. a

Restant tres minores prophete/qui prophetauerũt in fine captiuitatis: Agge⁹: zacharias: malachias. Quorum aggeus christum et ecclesiam hac aper-

Aggei. 2. b. tissima breuitate ꝓphetat. Hec dicit dominus exercituum: Adhuc vnum modicũ: et ego commouebo celum et terram ꝛ mare et aridam ꝛ mouebo omnes gentes: et veniet desideratus cunctis gentibus. Hec prophetia partim iam completa cernitur: partim speratur in fine complenda. Mouit enim celum angelorum et siderũ testimonio: quãdo incarnatus est christ⁹. Mouit terram ingenti miraculo de ipso virginis partu. Mouit mare et aridam cum ꝛ in insulis ꝛ in orbe toto christus annũciatur. Ita moueri omnes gẽtes videm⁹ ad fidem. Jam vero quod sequitur: Et veniet desiderat⁹ cunctis gentib⁹: de nouissimo ei⁹ expectatur aduentu. Ut enim desiderat⁹ esset ꝛ expectandus cunctis gentibus: pri⁹ oportuit eũ dilectum esse credenti-

Zacha. 9. c. B bus. Zacharias de christo ꝛ ecclesia. Exulta inquit valde filia syon: iubila filia hierusalem: ecce rex tuus veniet tibi iustus ꝛ saluatoꝛ: ipse pauper et ascendens super asinã/ et sup pullũ filiũ asine: et potestas ei⁹ a mari vsq ad mare: et a fluminibus vsq ad fines terre. Hoc quãdo factũ sit: vt dominus christus in itinere iumento hui⁹ generis vte-

Mat. 21. a. retur in euangelio legitur: vbi ꝛ hec ꝓphetia cõmemoratur ex parte: quantum illi loco sufficere visum est. Alio loco ad ipsũ christum in spiritu ꝓphetie loquens de remissi-

Zacha. 9. c one peccatoꝝ p ei⁹ sanguinẽ. Tu quoq inquit in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos ḋ lacu in quo nõ est aqua. Quid per hunc lacũ velit intelligi: possunt diuersa sentiri etiam ſm rectam fidem. Mihi tamen videtur nõ eo significari meli⁹/nisi humane miserie siccam profunditatẽ quodãmodo et sterilem: vbi nõ sunt fluenta iusticie sed iniquitatis lutũ. De hoc quippe la-

Ps. 39. a. C cu etiaȝ in psalmo dicitur: Et eduxit me de lacu miserie ꝛ de luto limi. Malachias prophetans ecclesiam quam per christũ iaȝ cernimus propagatã: iudeis apertissime dicit

Malach. 1. c. ex persona dei: Non est mihi voluntas i vobis: ꝛ munus non suscipiã de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq ad occasum magnũ est nomen meum in gentibus: ꝛ in omni loco sacrificabitur ꝛ offeretur nomini meo oblatio munda: quia magnũ nomen meũ in gentibus dicit dñs. Hoc sacrificiũ per sacerdotium christi ſm ordinẽ melchisedech cuȝ in omni loco a solis ortu vsq ad occasum deo iam videam⁹ offerri: sacrificiũ autẽ iudeoꝝ quib⁹ dictũ est: Nõ est mihi voluntas in vobis: nec accipiam de manibus vestris munus/cessasse negare nõ possunt: quid adhuc expectant aliũ christũ/cũ hoc quod ꝓphetatũ legunt ꝛ impletũ vident: impleri nõ poterit nisi p ipm? Dicit enim paulopost ḋ ipo ex

psona dei. Testamentũ meũ erit cũ eo vite Malach. 2. a.

et pacis: ꝛ dedi ei timorẽ vt me timeret: et a facie nois mei revereretur. Lex veritatis erit in ore ipsius/in pace dirigẽs ambulabit mecũ ꝛ multos conuertet ab iniquitate: qm labia sacerdotis custodient scientiã: ꝛ legẽ inquirent ex ore ei⁹: qm angelus dñi omnipotẽtis

est. Nec mirandũ est: quia omnipotẽtis dei D

angelus dict⁹ est christ⁹ iesus. Sicut enim seruus ꝓpter formã serui i qua venit ad homines: sic ꝛ angelus ꝓpter euangeliũ qd nũciauit hominib⁹. Nam etsi grece ista ita interpretemur: ꝛ euãgeliũ bona nũciatio ẽ/ꝛ an-

gelus nũci⁹ est. De ipo quippe iterũ dicit: Ec- Malach. 3. a

ce mittã angelũ meũ: ꝛ pspiciet viã ante fa-

ciẽ meã: et subito veniet in templũ suũ dñs Mat. 11. b.

quẽ vos queritis: ꝛ angel⁹ testamenti quem vos vultis. Ecce veniet dicit dñs de⁹ omnipotẽs: et quis sustinebit diẽ introit⁹ ei⁹? aut quis sistet in aspectu eius? Hoc loco et primũ et secundũ christi prenunciauit aduentum. Primũ scȝ de quo ait: Et subito veni-

et i templũ suũ dñs: id est in carnẽ suam: de Joh. 2. c

qua dicit in euãgelio: Soluite templũ hoc et in triduo resuscitabo illud. Secundũ vero vbi ait: Ecce veniet dicit dñs omnipotens: et quis sustinebit diem introit⁹ eius: aut qs sistet in aspectu eius? Quod autẽ dixit dñs

Quem vos queritis et angelus testamenti Malach. 3. a E

quem vos vultis. Significauit vtiq etiã iudeos ſm scpturas qs legunt christũ querere ꝛ velle. Sed multi eoꝝ quẽ quesierũt ꝛ voluerunt/venisse nõ agnouerũt: excecati in cordibus suis precedẽtib⁹ meritis suis. Quod sane hic nominat testamentũ vel supra vbi

ait: Testamentũ meũ erit cũ eo: vel hic vbi Malach. 2. a et. 3. a.

eũ dixit angelũ testamenti: nouũ proculdubio testamentũ debemus accipere: vbi sempiterna/nõ vetus vbi tẽporalia sunt ꝓmissa q̃ p magno hic habentes plurimi infirmi: et deo vero taliũ rerũ mercede seruiẽtes qñ vident impios abundare turbantur. Propter qd idẽ ꝓpheta/vt noui testamẽti beatitudinẽ eternaȝ: q̃ nõ dabitur nisi bonis: distingueret a veteris terrena felicitate/q̃ plerũq datur ꝛ ma-

lis. Ingrauastis inqt sup me verba vestra di- Malach. 3. b.

cit dñs/ꝛ dixistis: in quo detraximus de te? Dixistis: van⁹ est ois qui seruit deo: et quid

pr̄ nobis q̄ custodiuim⁹ obseruatiões ei⁹: ꝛ q̄ ambulauim⁹ supplicātes añ faciē dñi omi potētꝭ. Et nūc nos btificam⁹ alienos: ꝛ re-dificanꝭ oēs q̄ faciūt iniq̄: et aduersati sunt deo: ꝛ saluifacti sūt. Hec oblocuti sunt q̄ ti mebāt dñm vnusq̄sq; ad p̄ximū suū: ꝛ aiad uertit dñs et audiuit: ꝛ scp̄sit lib̄ memorie i ɔspectu suo eis q̄ timēt dñm: ꝛ reuerēꝭ no-mē ei⁹. In isto libro significatū ē testamētū

Malach. iij. b. nouū. Deniq; qd̄ sequiꝭ audiam⁹. Et erunt mihi dicit dñs oipotēs i die quā ego facio i acq̄sitionē: ꝛ eligā eos sicͭ hō eligit filiū suū seruiētē sibi: ꝛ ɔuertimi ꝛ videbitꝭ inꝭ iustū

Mal. 4. a. ꝛ iniustū ꝛ inꝭ seruiētē deo ꝛ nō seruiētē. Quī ecce dies veniet ardēs sicͭ cliban⁹: ꝛ ɔcrema bit eos: ꝛ erūt oēs alienigene ꝛ oēs faciētes iniq̄tatē sicut stipula: ꝛ incēdet illos dies q̄ adueniet / dicͭ dñs oipotēs: ꝛ nō derelinquet eoꝝ radix neq; sarmētū: et orieꝭ vobis timē tib⁹ nomē meū sol iusticie: ꝛ sanitas i pēnis ei⁹: ꝛ exibitꝭ ꝛ exultabitis sicut vituli ex vin culꝭ resoluti: ꝛ ɔculcabitꝭ iniq̄s: et erūt cinis sub pedib⁹ vr̄is i die i q̄ ego facio: dicit dñs oipotēs. Hic ē q̄ dicitꝭ dies iudicij: de q̄ suo loco (si deus voluerit) loquemur vberius.

De Esdra et Machabeorum libris. Capitulum. XXXVI.

Duodecima veritas

1. Esdre. 5. a. Post hos tres p̄phetas, aggeū / zachariā / malachiā: p idē tp̄s liberationis p̄pli ex babylōica seruitute / scp̄sit etiā esdras q̄ magis reꝝ gestaꝝ scriptor ē habitus q̄ p̄pheta: sicuti ē liber q̄ appellaꝭ

Hester. 1. a. Hester: cui⁹ res gesta in laudē dei nō lōge ab his tēporib⁹ inueniꝭ: nisi forte esdras in eo christū p̄phetasse intelligendus ē: qd̄ inter iuuenes

3. Esdre. 3. c quosdā orta questione: quid ampli⁹ valeret i rebus: cū reges vn⁹ dixisset: alter vinū / terti⁹ mulieres: que plerūq; regib⁹ imperarēt: idē tamē tertius veritatē sup omnia demōstrauit esse victricē. Consulto autē euangelio /

Joh. 14. a christū cognoscimus esse veritatē. Ab hoc tempore apud iudeos restituto tēplo: nō reges sed principes fuerūt vsq; ad Aristobolū: quorum supputatio temporū nō in scripturis sanctis / que canonice appellantur:

Tertiadecima veritas ¶ Sed in alijs inueniꝭ: in quib⁹ sunt ꝛ machabeorū libri: q̄s nō iudei / s; ecclia p canonicꝭ habet

1. Mach. 7. a. p̄pꝭ q̄rūdā martyrū passiões vehemētes atq; mirabiles: q̄ añq; christ⁹ venisset i carnē / vsq; ad mortē p dei lege certauerunt: et mala grauissima atq; horribilia pertulerunt.

¶ Duodecima veritas / q̄ post hos tres p̄phetas Aggeū ꝛ zachariā ꝛ malachiā p idē tp̄s liberationis p̄pli ex babylonica seruitute scp̄sit esdras: q̄ mag⁹ reꝝ gestarū scriptor habit⁹ ē q̄ p̄pheta: sicͭ liber Hester s; lōge a tp̄ib⁹ istis, inueniꝭ Et sic habeꝭ q̄ nō facit mētionē de. iij. esdre b. Aug⁹ q̄ ē p modū p̄phetie. Añ ē argumētū / q̄ tūc nō fuerit autēticus Añ videꝭ hr̄i argumētū / q̄ iudith precesserit hester: et tūc Hester nō fuisset mater cyri s; fore darij: q̄ fuit multuz iudeis familiaris.

¶ Tertiadecima veritas / q̄ Machabeorum libros iudei nō habent pro canonicis / s; ecclesia: propter martyrum passiones vehementes atq; mirabiles acceptauit.

Quod prophetica auctoritas omni origine gentilis philosophie inueniatur antiquior. Ca. XXXVII.

Tempore igiꝭ nr̄orū p̄phetaꝝ / quorū iā scp̄ta ad noticiā fere oim gentiū puenerūt: ph̄i gētiū nōdū erāt q̄ hoc etiā noie vocarenꝭ: qd̄ cepit a samio pythagora: q̄ eo tp̄e quo iudeoruz soluta ē captiuitas cepit excellere atq; cognosci. Multo ergo magis ceteri philosophi post p̄phetas reperiunꝭ fuisse. ¶ Nā ip̄e socrates athenīēsis magr̄ oim qui tūc maxime claruerūt tenēꝭ in ea parte q̄ moralꝭ vel actiua dicitꝭ p̄ncipatū p⁹ esdrā i chronicis inueniꝭ. Nō multo post etiā Plato natus est c qui lōge ceteros socratis discipulos anteiret. Quibus si addamus etiā superiores / qui nondū ph̄i vocabanꝭ / septē scʒ sapiētes ac deinde physicos q̄ thad leti successerūt in pscrutāda natura rerū studiū ei⁹ imitati / anaximandrū scʒ e ꝛ anaximenē ꝛ anaxagorā aliosq; nōnullos añq; pythagoras se philosophū p̄ f mus p̄fitereꝭ: nec illi prophetas nostros vl̄ vniuersos tēporū antiq̄tate p̄cedūt: quādoquidez thales post quē ceteri fuerunt: regnante romulo eminuisse fertur: quādo de fontib⁹ israel in eis litterꝭ q̄ toto orbe manarēt prophetie flumē erupit. Soli igitur illi

¶ Quartadecima veritas / q̄ socrates floruit p⁹ esdre tempora: qui socrates iniquit in moralibus tenuit principatū: ꝛ hic dicit q̄ lingua greca inꝭ ceteras seculi liguas magis floruit: sicͭ ꝭ dicet in ph̄ia.

Expositio Ca. XXXVII

a ¶ Tempore igiꝭ tur ꝛc. In h̄ capitulo ibi: Quod cepit a Samio ꝛc. a Nota de pythagora samio q̄ fuit princeps philosophoꝝ generꝭ italici: vt patet p Augustinū libro. viij. ca. ij. Fuit autē vt Beda annotat tp̄e Cambysis / scʒ. cclxiij. āno post euersionem hierusalem. b ¶ Post esdram ꝛc. De esdra videtur ſm ea que annotantur in chronicis: q̄ fuit circa principiuz regni Artaxerxis septimi regis: cui⁹ anno septimo ſm Bedam primo die. i. mēsis primi esdras sacerdos et scriba legis dei ascendit de Babylone cū epistolis regis: et prima die mensis quinti venit hierusalem. Artaxerxis ħo anno tertio natus est socrates: sed. xxv. anno eiusdē ſm Eusebiū ſmōe plurimo celebrat⁹. Quo anno mortuus est artaxerxes: post quē immediate regnauit Darius nothus rex persarum octauus. c ¶ Post etiam ꝛc. Plato ħo natus ē quarto anno hui⁹ darij ſm eusebiū. d ¶ Qui thaleti ꝛc. De thalete milesio dictū ē supra capi. xxiij. e ¶ Anaximandrum ꝛc. De anaximandro et Anaximene dictum est supra ca. xxv. Anaxagoras auditor fuit anaximenis temporibus Cyri: vt in chronicis annotatur. f ¶ Anteq̄ Pythagoras se philosophuz ꝛc.

A

1. Esdre. 1. a.

Quartadecima veritas

Li. 2. de doct. christi. ca. 28.

B

g De Pythagora vide sup. ca. xxv.

a ❡ Theologi poete ꝛc. De poetis trib⁹ theologicis: orpheo/ lino ꝛ museo: vult Augus. ꝙ fuerit post moysen sed ante tēpora ꝓphetarū. Scdm em̄ magistrum in historijs fuerūt tēpore gedeonis: muse⁹ autem discipul⁹ Orphei: linus vero magister hercul.

Exo. 2. a.

Al. ꝑferbuerunt.

a theologi poete: orpheus/ linus/ museus: et siqs alius apud grecos fuit: his prophetis hebreis/ quorū scripta in auctoritate habem⁹ annis repiunt̃ poꝛes. Sed nec ipsi verū theologū nostrū Moysen: qui vnū verū deum veraciter predicauit: cuius nūc scripta in auctoritatis canone pⁱma sūt tpe ꝓuenerunt: ac ꝑ hoc q̃tū ad grecos attinet: i qua lingua littere huius seculi marie† floruerūt: nihil ❡ Isis porro habent vnde sapientiā suā iactēt: quo religione nostra vbi vera sapientia est: si nō supior saltē videat̃ antiquioꝛ. Verū qd fatēdū est nō quidē in grecia/ sed in barbaris gētib⁹/ sicut i egypto iā fuerat ante Moysen nōnulla doctrina ꝗ illorum sapiētia diceret̃: alioquin nō scriptū esset in libris sanctis: moysen eruditū fuisse omni sapiētia egyptioꝝ: tunc vtiq̧ qñ ibi nat⁹ ē ꝛ a filia Pharaonis adoptat⁹ atq̧ nutrit⁹/ etiā liberalr̃ educat⁹ est.

Act. 7. c.

Exo. 2. a.

b ❡ Isis porro inachi ꝛc. Inachus prim⁹ argiuorū rex regnare cepit. lx. anno etatis isaac. Cuius filia isis. xl. āno etatis Jacob in egyptum nauigās/ vt ānotat̃ a qbusdā: q̄sdā tradidit eis litteraꝝ apices.

Supra eodē ca. 3. d.

Gen. 25. d.

Sed nec sapientia egyptioꝝ sapiētiā ꝓphetaꝝ nostrorū tpe antecedere potuit qñquidē ꝛ abraā ꝓpheta fuit: qd aūt sapiētie esse potuit in egypto: anteq̃ eis b litteras traderet Isis porro inachi filia fuisse prodit̃ qui prim⁹ regnare cepit argiuis: qñ abrae iā nepotes repiunt̃ exorti.

❡ Qꝛ quedam sanctorum scripta ecclesiasticus canon propter nimiam non receperit vetustatem: ne ꝑ occasionem eorum falsa veris inse rerentur. Capitulum. XXXVIII.

A Iam vo si longe antiquiora repetam: et ante illud grande diluuium noster erat vtiq̧ Noe patriarcha: quem ꝓphetam quoq̧ nō inmerito dixerim. Siquidē ipsa arca quā fecit: ꝛ in qua cū suis euasit/ prophetia nostroꝝ tempoꝝ fuit. Quid enoch septimus ab Adā? Nōne etiā in canonica epistola apostoli iude ꝓphetasse ꝑdicat̃: quorum scripta vt apud iudeos ꝛ apud nos i auctoritate nō essent/ nimia fecit antiquitas: propter quaꝫ videbant̃ habenda esse suspecta: ne pferrent̃ falsa p veris. Nam et pferuntur quedā que ipsorū esse dicunt̃ ab eis qui pro suo sensu passim quod volūt credunt. Sed ea castitas canonis nō recepit: nō ꝙ eoꝝ hominū qui deo placuerunt reprobet̃ auctoritas/ sed ꝙ ista esse nō credant̃ ipoꝝ. Nec mirū debet videri ꝙ suspecta habent̃ ꝗ sub tāte antiqtatis nomie pferunt̃: qñquidē i ipsa historia regū iudeꝛ regū israel/ ꝗ res gestas ꝯtinet: de quib⁹ eidē scripture canonice credimus: cōmemorant̃ plurima que ibi nō explicant̃: ꝛ i libris alijs inueniri dicunt̃ quos ꝓphete scripserunt: et alicubi eoꝝ quoq̧ ꝓphetarū noīa nō tacent̃: nec tñ inueniuntur in canone quē populus dei recepit. Cui⁹ rei fateoꝛ causa me latet: nisi ꝙ existimo etiam ipsos quib⁹ ea que in auctoritate religionis esse deberēt/ sanctus vtiq̧ spūs reuelabat: alia sicut homies historica diligētia: alia sicut ꝓphetas inspiratiōe diuina scribere potuisse: atq̧ hec ita fuisse distincta: vt illa tāq̃ ipsis/ ista vo tāq̃ deo ꝑ ipsos loquenti iudicarētur esse tribuenda: ac sic illa pertinerent ad vbertatē cognitionis/ hec ad religionis auctoritatē: in qua auctoritate custoditur canō: ꝓter quem si qua iā etiā sub nomine veroꝝ prophetarū scripta proferūtur: nec ad ipsam copiā scientie valent: quoniā vtrum eorū sint quorū esse dicūtur incertū est: et ob hoc eis nō adhibetur fides: maxime his in quibus etiā contra fidē libroꝝ canonicoꝝ quedā leguntur: propter quod ea prorsus illorū nō esse apparet.

1. Para. 29. ꝛ 2. Paral. 9. 13. 20. et. 33.

B

❡ De hebraicis litteris que nunq̃ in sue lingue proprietate non fuerunt. Capitulum. XXXIX.

A Non itaq̧ credenduꝫ est: qꝛ nōnulli arbitrant̃ hebreā tm̄ linguā ꝑ illuꝫ qui vocabat̃ heber: vnde hebreoꝝ vocabulū est/ fuisse seruatā: atq̧ inde peruenisse ad abraā: hebreas autē litteras a lege cepisse que data est ꝑ moysen: sed potius ꝑ illā successionē patruꝫ: memoratā linguam cū suis litteris custoditā.

Gen. 10. c. Supra li. 16. ca. 11.

❡ Denique Moyses in populo dei constituit q̇ docēdis litteris ꝑessent/ priusq̃ diuine legis vllas litteras nossent. Hos appellat sc̄ptura grāmatos isagogos: qui latine dici possūt litterarū inductores vel introductores/ eo ꝙ eas inducāt id ē introducāt quodāmodo i corda discētiū: vel in eas poti⁹ ipsos quos docēt. Nulla igit̃ gēs de antiqtate sapiētie sue sup patriarchas ꝛ ꝓphetas nostros/ qb⁹ inerat diuina sapiētia/ vlla se vanitate iniq̄ iactauerit: qñ nec egypt⁹ inueniat̃ ꝗ solet falso ꝛ inaniter de suarū doctrinarū antiqtate gloriari: qualicunq̧ sapientia sua patriarchaꝝ nostrorū tempore ꝑuenisse sapientiā. Neq̧ enī quisq̃ dicere audebit mirabiliū disciplinaꝝ eos peritissimos fuisse anteq̃ lfas nossēt: id ē

❡ Decimaquita veritas/ ꝙ Moyses in pplo dei constituit q̇ docendis litteris ꝑessent priusq̃ diuine legis vllas litteras nossent.

Quintadecima veritas

B

a ¶ Anteq̄ isis eo venisset ⁊c. Hic fit mentio de Iside filia inachi: de qua dictum est supra ca. xxxvij. b ¶ Circa tēpora mercurij ⁊c. De mercurio auo et de mercurio ei⁹ nepote/ patet sup̄ li. viij. ca. xxvj. Dicit autē Hugo floriacensis/ q̄ iste secūdus mercurius successit plotino: q̄ erat successor platonis. c ¶ Eo quippe tēpore ⁊c. Prometheum et atlantē fratrē suū quidam annotant fuisse q̄rto āno natiuitatis moysi: alij qui tamē prometheū dicunt fuisse circa quinquagesimūsecundū annū ducatus ioseph.

a anteq̄ isis eo venisset easq̄ ibi docuisset. Ipsa porro eorū memorabilis doctrina/ que appellata est sapiētia. ¶ Quid erat nisi maxime astronomia: et si q̄d aliud taliū disciplinarū magis ad exercēda ingenia/ q̄ ad illumināda vera sapia mentes valere solet? Nā q̄d attinet ad philosophiā q̄ se docere aliquid profitet vnde fiāt homies beati/ b circa tēpora mercurij: quem trimegistū vocauerūt: in illis terris huiusmodi studia claruerūt. Longe quidē ante sapientes q̄ phos habuit grecia: s̄ tn̄ post abraam ⁊ isaac ⁊ iacob et ioseph: nimirū etiā post ipsum moysen. c Eo quippe tēpore quo moyses nat⁹ est fuisse reperit atlas ille magn⁹ astrolog⁹ promethei frater maternus/ auus mercurij maioris: cui⁹ nepos fuit trimegist⁹ ille mercurius.

Sextadecima veritas.

¶ Sextadecima veritas/ q̄ astronomia et alie tales sciētie magis ad exercenda ingenia q̄ ad illuminandas vera sapiētia mētes hoim solent valere.

¶ De egyptiorū mēdacissima vanitate: que antiquitati sciētie sue centū milia ascribit annorū. Ca. XL.

Expo. ca. XL. Frustra itaq̄ vanissima ⁊c. In hoc capitulo inducit dictū eorū qui posuerūt centum milia annorū trāsisse postq̄ egyptij rationē siderū comprehenderūt moderati⁹ tamen locut⁹ est martianus i prologo astronomie sue/ que rarissime inuenitur/ ponens sapientiā viguisse i egypto quadraginta milia annorū. Hanc fictionē reprobat augustin⁹ ex testimonio varronis: qui post lr̄as inuentas ab iside/ ante quas sapiētes esse non poterant ponit duo milia annorum.

Decimaseptima veritas

f Frustra itaq̄ vanissima presūptiōe garriūt quidā dicētes: ex q̄ rōnē siderū cōp̄hendit egypt⁹ ampliusq̄ q̄ cētū ānorū milia nūerari. In quib⁹ eñ libris istū numerū collegerūt: q̄ nō multū ante annorū duo milia litteras magistra Iside didicerūt? Nō eñ paru⁹ auctor est in historia Varro/ qui hoc prodidit/ q̄d a litterarū etiā diuinarū veritate nō dissonat. Cum eñ ab ipso primo hoie qui est appellatus adam/ nondū sex milia annorū cōpleant: quō nō isti ridēdi potius q̄ refellendi sunt qui de spacio tēporū tam diuersa et huic exploratę veritati tam cōtraria persuadere conant? Cui eñ narrāti meli⁹ preterita credim⁹ q̄ qui etiā futura predixerit: que presentia iam videm⁹? Nam et ipsa historicorū inter se dissonātia copiā nobis prebet: vt ei potius credere debeam⁹ qui diuinę (quā tenemus) nō repugnāt historię. Porro autē ciues impię ciuitatis diffusi vsq̄quaq̄ per terras cum legunt doctissimos hoies: quorū nullius contēnenda videat auctoritas: inter se de reb⁹ gestis ab ętatis nostrę memoria remotissimis discrepantes: cui potius credere debeant/ non inueniunt.

¶ Decimaseptima veritas/ q̄ frustra garriunt aliq̄ dicentes: ex quo egyptus rationem siderū cōprehēdit/ cētū milia ānorū trāsisse cū non sint pl⁹ q̄ duo milia annorū q̄ egyptij lr̄as magistra iside didicerūt. Et in fine p̄cedētis capituli dicit/ q̄ moyses ⁊ atlas fuerūt cōtēporanei: vnde declarat q̄ i scriptura patriarche prophas precesserūt s̄m tēpus.

¶ Nos vero in nr̄e religiōis historia fulti auctoritate diuina/ q̄cq̄d ei resistit non dubitamus esse falsissimum: q̄modolibet sese habeāt cetera i secularib⁹ litteris: que siue vera seu falsa sint nihil momēti afferunt/ quo recte beateq̄ viuam⁹.

¶ Decimaoctaua veritas q̄ nos christiani i nr̄e religionis historia fulti/ q̄cq̄d ei resistit non dubitamus esse falsissimū.

Decimaoctaua veritas

¶ De philosophicarū opinionum dissensiōibus/ et canonicarū apud ecclesiam concordia scripturarum. Ca. XLI.

Verum autē iam cognitionē omittam⁹ historię: ipsi philosophi a quib⁹ ad ista pgressi sum⁹/ qui non videntur laborasse in studijs suis nisi vt inuenirent quomodo viuendū esset accōmodate ad beatitudinē capescendā: cur dissenserūt ⁊ a magistris discipuli ⁊ inter se cōdiscipuli: nisi quia vt hoies humanis sensib⁹ ⁊ humanis ratiocinatiōib⁹ ista quęsierunt? Ubi q̄uis esse potuerit ⁊ studium gloriādi quo quisq̄ alio sapientior et acutior videri cupit: nec sententię quodāmodo addictus alienę/ sed sui dogmatis ⁊ opinionis inuentor: tamen vt nōnullos vel etiam plurimos eorū fuisse cōcedā/ quos a suis doctoribus vel discēdi socijs amor veritatis abruperit: vt pro ea certarent quā veritatē putarēt/ siue illa esset siue nō esset.

¶ Quid agit aut quo vel q̄ vt ad btitudinē perueniat/ humana se porrigit infęlicitas/ si diuina non ducit auctoritas? Denique auctores nostri in q̄b⁹ non frustra sacrarū lr̄arū figitur et terminat canon: absit vt inter se aliq̄ ratiōe dissentiāt. Unde non immerito cū illa scriberēt/ eis deū vel per eos locutū/ nō pauci in scholis atq̄ gymnasijs

¶ Decimanona veritas/ q̄ nihil agit q̄ venit ad beatitudinē humana infelicitas si diuina non ducit auctoritas. Ex quo dicto accipit documētū/ q̄ hō ex puris naturalib⁹ non pōt scire viam qua tenditur ad verā beatitudinē: ⁊ idō acceperunt doctores sollertissimi hic rōnē/ ad ostendēdū necessitatē doctrine nobis supnaturaliter reuelate.

Decimanona veritas.

H 5


olm miserea‍t. Quos oes: nisi d qb⁹ loqbat tanq dices: z vos z illos: Deus g z gentiles z iudeos: qs pscivit z pdestinauit pformes fi/ eri imaginis filij sui: oes in infidelitate con/ clusit: vt de amaritudie infidelitatis sue pe nitendo confusi/ z ad dulcedinē misericordie dei credēdo puersi/ clamarēt illud i psalmo Roma. 11.f.

Ps. 30.c. Qm multa multitudo dulcedinis tue domi ne quā abscondisti timētib⁹ te: pfecisti autē sperātib⁹ nō in se/ sed in te. Oim itaq mise/ retur vasoz misericordie. Quid est omniū? Et eoz s. qs ex gētib⁹/ z eoz qs ex iudeis p/ destiauit/ vocauit/ iustificauit/ glorificauit: nō oim hoim s istoz oim neminē dānatur⁹.

¶ An hi qui inter hereticos bapti/ zati sunt et deteriores postea male viuendo facti sunt: vel hi qui apud catholicos renati/ ad hereses aut schismata transierūt: vel hi qui a ca tholicis apud quos renati sunt nō recedentes criminose viuere pstite runt/ possint priuilegio sacramēto/ rum remissionē eterni sperare sup/ plicij. Capitulū. XXV.

A Sed iam respondeam⁹ etiā illis q nō solū diabolo z angelis ei⁹ sicut nec isti: sed ne ipsis quidē oibus hoib⁹ liberationē ab eterno igne pmittūt: verum eis tantū q christi baptismate abluti/ z cor/ poris ei⁹ et sanguinis participes facti sunt: quōlibet vixerint: in quacūq heresi vel im/ pietate fuerint. Sed contradicit eis aplus/ dicens: Manifesta autē sunt opa carnis: q sunt fornicatio/ immūdicia/ luxuria/ idoloz seruitus/ veneficia/ inimicitie/ contentiōes/ emulatiōes/ animositates/ dissensiōes/ here ses/ inuidie/ ebrietates/ comesatiōes/ z his si milia: que pdico vobis sicut predixi: qm q talia agunt regnū dei nō possidebūt. Hec p fecto aplica falsa est sententia: si tales post quātalibet tēpora liberati regnū dei possi/ debunt. Sed qm falsa nō est/ pfecto regnū dei nō possidebūt. Et si i regni dei possessio ne nunq erūt/ eterno supplicio tenebuntur: qm nō est locus medius vbi nō sit in suppli cio q illo nō fuerit pstitut⁹ in regno. Q ob/ rē qd ait dns iesus: Hic est panis qui de ce/ lo descendit: si qs ex ipso mādcauerit non morietur: ego sum panis viuus qui de celo de scendi: si qs mādcauerit ex hoc pane viuet in eternū: quō sit accipiendū merito queritur. Et ab istis quidē qbus nunc respondemus hunc intellectū auferūt illi/ qbus deinde re spondendū est. Hi sunt autē qui hāc libera/ tionē nec oib⁹ habentib⁹ sacramentū ba/ ptismatis z corporis christi/ sed solis catholi/ cis quis male viuētib⁹ pollicentur: qui nō so lum inquiūt sacramēto/ sed re ipsa māduca Gal. 5.d.

B Joh. 6.c.

uerunt corp⁹ christi: in ipso. s. ei⁹ corpe con/ stituti. De quo corpe ait apls: Unus panis vnū corp⁹ multi sum⁹. Qui g est i ei⁹ corpo/ ris vnitate. i. in christianoz compage mē broz: cui⁹ corpis sacramētū fideles cōmu/ nicātes de altari sumere cōsueuerūt: ipse vo dicendus est mādcare corpus christi/ z bi/ bere sanguinē christi. 1. Cor. 10.d.

¶ Ac per hoc heretici et schismatici ab hui⁹ vnitate corpis separa ti/ possūt idē pcipe sa/ cramētū: sed non sibi vtile: imo vo etiā no/ xium: quo iudicentur grauī⁹ q vel tardi⁹ li/ berentur. Nō sunt enī in eo vinculo pacis/ qd in illo exprimitur sacramē/ to. Sz rursus etiā isti q recte intelligūt: nō dicendū eū mādcare corpus christi/ q in corpe nō est christi: nō re cte pmittunt eis q vel in heresim vel etiam in gentiliū supstitionē ex illi⁹ corpis vnita/ te labuntur/ liberatione quādoq ab eterni ig ne supplicij: primo quia debēt attendere q sit intolerabile atq a sana doctrina nimis deuiū: vt multi ac pene omnes qui hereses impias cōdiderunt exeūtes de catholica ec/ clesia: z facti sunt heresiarche/ meliores ha/ beant causas q hi qui nūq fuerūt catholi/ ci: cū in eoz laqueos incidissent: si illos he/ resiarchas hoc facit liberare a supplicio sem piterno/ q in catholica ecclia baptizati sūt: z sacramētū corpis christi in vero christi cor pore primitus acceperūt.

¶ Tricesima veritas: q schismatici z heretici p/ cipiūt eucharistie sacra/ mentū: sed nō sibi vtile/ imo noxiū: quo iudicen/ tur grauī⁹/ vl tardi⁹ libe rent. Ex quo dicto acci/ pit documentū/ q mala opa taliū eis nocent du/ pliciter: z ad intēsiorem punitionē z tardiorē cō/ uersionē: z econuerso bo na dupliciter pficiūt/ et ad remissionē penā z ad celeriorē gratiā. Tricesima veritas

C

¶ Cum peior vtiq sit desertor fidei/ et ex de/ sertore oppugnator ei⁹ effect⁹/ q ille q nō de/ seruit quā nūq tenuit Deinde quia z his oc currit apls eadēq ver ba pferēs: z enūeratis ill' carnis opib⁹ eadē Veritate pdicēs: Qm q talia agūt/ regnū dei nō possidebūt. Uñ nec illi i pditis z dānabi lib⁹ morib⁹ debēt esse securi: q vsq i finē q/ dē velut in cōione ecclie catholice pseuerāt ituētes qd dictū ē: Qui pseuerauerit vsq in finē h salu⁹ erit: z pvite iniqtatē ipam viam iusticie qd eis chrs est/ deserūt siue fornicā/ do/ siue alias imundicias flagitioz: qs nec aplus exprimere voluit in suo corpe pperran do/ siue turpitudine luxurie diffluēdo/ siue aliqd aliō eoz agēdo: d qb⁹ ait: qm q talia agūt regnū dei nō possidebūt. Ac p h qcūq agūt talia/ nisi in sempiterno supplicio non erūt: quia in dei regno esse non poterūt. In

¶ Tricesimaprima veri tas/ q peior est desertor fidei z oppugnator/ q il le q nūq deseruit quod nūq tenuit. Et illud ipe inducit ad affirmādum q heretici sūt peiores q simplr infideles. Tricesimaprima veritas

D Gal. 5.d. Math. 10.c. Eph. 5.b. Gal. 5.d.

bis eni pseuerando vsq in huius vite finẽ:
non vtiq dicẽdi sunt in christo perseuerasse
vsq in finẽ: qz in christo pseuerare/est in ei⁹
Gal.5.b fide pseuerare. Que fides: vt eã definit idẽ
Rom.13.c. apl's:per dilectionẽ operaẽ. Dilectio autem
E sicut idẽ alibi dicit: malum nõ operaẽ. Nec
isti duo ergo dicẽdi sunt mãducare corpus
christi:quoniã nec in mẽbris cõputãdi sunt
1.Cor.6.d christi. Ut eni alia taceã:non possunt simul
Joh.6.f. esse z mẽbra christi z mẽbra meretricis. De/
niq ipse dicẽs: Qui mãducat carnẽ meã:et
bibit sanguinẽ meũ:in me manet : et ego in
eo:ostendit quid sit non sacramentotenus/
sed reuera corpus christi manducare/z eius
sanguinẽ bibere: hoc est eni in christo ma/
nere:vt in illo maneat z christus. Sic enim
hoc dixit: tanq diceret: Qui nõ in me ma/
net: z in q ego non maneo: non se dicat aut
existimet mãducare corpus meũ/ aut bibe/
re sanguinẽ meũ. Nõ itaq manent in chri/
sto q nõ sunt mẽbra eius. Nõ sunt aũt mem
bra christi:q se faciũt mẽbra meretricis:nisi
malũ illud pẽnitendo esse destiterint : et ad
hoc bonũ recõciliatiõe redierint.

¶ Quid sit in fundamento habere christũ:et quib⁹ spõdeatur salus qsi per ignis vsturã: Ca. XXVI

A Sed habẽt inquiũt christiani catho/
lici in fundamẽto christum: a cuius
Al.† vnitate †veritate nõ recesserũt:tam etsi huic
fundamẽto superẽdificauerũt quãlibet pes/
1.Cor.3.c simam vitam/velut ligna/fenum/stipulam.
Recta itaq fides est p quã christus est fun/
damentũ/qũuis cum damno : quoniã illa q
Matth.25.d. superẽdificata sunt exurenẽ : tamen poterit
eos quãdoq ab illius ignis ppetuitate sal/
uare. Respondeat ergo eis breuiter aposto
Jaco.2.c. lus iacobus:Si quis dicat se fidem habere:
opera autem non habeat: nunquid poterit
fides saluare eum? Et quis est inquiũt de q
1.Cor.3.c. dicit apl's paulus: Jpse autẽ saluus erit:sic
tamẽ quasi per ignem? Simul qs iste sit in/
quiramus: hunc tamẽ non esse certissimum
est/ne duorũ apostolorũ sentẽtias mittam⁹
in rixam. Si vnus dicit:etiam si mala opera
quis habuerit/ saluabit cũ fides per ignem:
alius autem:si opera non habeat: nunquid
poterit fides saluare eũ? Jnueniemus ergo
qui possit saluari per ignẽ:si prius inueneri/
mus quid sit habere in fundamẽto christũ.
B Quod vt de ipsa similitudine quãtoti⁹ ad/
uertamus:nihil in ẽdificio prẽponiẽ funda/
mẽto. Quisqs itaq sic habet in corde chri/
stum/ vt ei terrena z temporalia/ nec ea que
Aug⁹ in enchi licita sunt atq concessa pponat/ fundamen
ridion ca.67. tum habet christũ. Si aũt pponit:etsi vide/
atur habere fidem christi : non est tamen in
eo fundamentum christus/ cui talia prẽpo/
nunẽ: quãto magis si salutaria prẽcepta cõ
temnẽs cõmittat illicita/ etiã non pposuisse
christũ/sed postposuisse conuinciẽ:quẽ post
habuit imperantẽ siue cõcedentẽ: dum con
tra eius imperata siue cõcessa suam per fla/
gitia delegit explere libidinẽ. Si quis itaq 1.Cor.6.d.
christianus diligit meretricẽ:eiq adhẽrens
vnum corpus efficitur: iam fundamentum
non habet christum.
¶ Si quis autem dili
git vxorẽ suam: si fm
christũ / quis ei dubi/
tet in fundamẽto esse
christum? Si vo fm
hoc seculũ:si carnali/
ter: si in morbo cõcu/
piscẽtiarũ: sicut z gẽ
tes q ignorãt deũ:eti
am hoc fm veniã cõ
cedit apl's: immo per
aplm christ⁹. Potest
ergo et iste habere in
fundamento christũ.
Si enim nihil ei talis
affectionis volupta/
tisq pponat:qũuis su
perẽdificet ligna / fe/
num / stipulã / christ⁹
est fundamentũ:pro/
pter hoc saluus erit p
ignẽ. Delicias quippe
huiusmodi amoresq
terrenos/ ppter con/
iugalem quidẽ copu
lam nõ dãnabiles tri
bulationis ignis exu
ret: ad quẽ ignem pti
nẽt z orbitates z qcũ
q calamitatesẽ q aufe
rũt hẽc. Ac p hoc ei q
ẽdificauit : erit ẽdifi/
catio ista dãnosa : qz
nõ habebit qđ super/
ẽdificauit : et eorum
amissione cruciabiẽ:
quib⁹ fruẽdo vtiq lẽ
tabaẽ. Sz p hũc ignẽ
salu⁹ erit merito fun/
damẽti:qz etsi vtrum
id an christũ haberet
mallet a persecutore
pponeretur/ se mallet
christũ habere q ista
liberrime pfiteretur.
Uide in apl'i verbis
hoiem ẽdificantẽ sup
fundamẽtũ hoc aurũ
argentũ/ lapides pci/

¶ Tricesimasecunda ve/ Tricesima.
ritas/q si aliquis diligat veritas.
vxorem suam fm hoc se/
culum : si carnaliter:si in
morbo cõcupiscentiarũ z
sicut et gentes que igno/
rant deum: etiã hoc inqt
augustinus fm veniã cõ/
cedit apl's:immo per apo
stolum christus. Ex quo
dicto accipiunẽ duo the/ 1.Thess.4.a.
ologica documẽta. Pri/
mum est/q illi qui dicũt
qui conuenit cũ vxore ad
explendam libidinẽ pec/
cat mortaliter/ sunt oppo
siti beato augustino in h
loco:qui dicit apostolum
hoc concessisse in morbo
concupiscentie/sicut z gẽ
tes que ignorant deum:
alioquin eadem ratione 1.Cor.3.c.
omnis homo bibẽs z co/
medens sola delectatio/
ne peccaret mortaliter.
Secundũ documentũ/q
licet in talibus actib⁹ nõ
sit semper mortale pecca/
tum/tamen est veniale:qz
dicit quod illud cõcedit
apl's fm indulgentiam:
vbi autem nulla est culpa
ibi nulla est necessaria in/
dulgentia. Jntelligendũ
tamen/ q fm intentionẽ
beati augustini quadru/
pliciter contingit fidelem
conuenire cũ vxore: Aut
propter officium ad pcre
andum tantũmodo pro/
lem: et sic est actus meri/
torius : quia a recta rati/
one regulatus et ad finẽ
debitum ordinatus. Aut
ad reddendum debitum:
et sic etiam est actus me/
ritorius:quia homo tene
tur etiam ad illud fm iu/
stitiam / ita vt peccaret si
non faceret:cum hoc prẽ/
cipiat apostolus/ vt vxo/
ri inquit vir debitum red
dat z similiter vxor viro:
omnia aũt prẽcepta apo
stolica sũt meritoria. Aut
in remediũ/ ppter scz for/
nicationẽ vitandã : sicut
dicit apl's: vnusqsq suam C
habeat ppter fornicatio/
nẽ: z iterũ reuertimini in 1.Cor.7.f.
idipm vt non tẽptet vos
sathanas ppter inconti/
nentiã vestrã. Et isto mo
do videẽ ptinere ad pfe/
ctionem z

osos: Qui sine vxore
est inqt/cogitat q̄ sūt
dei: quō placeat deo.
Uide aliū edificantē
ligna/fenū/stipulam:
1.Cor.7.f. Qui autē m̄rimonio
iunctus est inqt/ cogi
tat q̄ sunt mūdi: quō
1.Cor.3.c. placeat vxori. Uniuſ
cuiusq; op⁹ q̄le sit ma
nifestabit: dies enim
dn̄i declarabit. Dies
vtiq; irę: dies tribula
tionis: qm̄ in igne in/
quit reuelabit. Ean/
demq; tribulationez
ignē vocat: sicut ali/
Eccl.27.a. bi legit: Uasa figuli
probat fornax: et ho/
mines iustos tempta

ectionē et imp̄fectionē
q̄uis hic pctm̄ nō videā:
sicut nec ille q̄ fugit p̄secu
tionē/q: timet auersionē:
q̄uis sit imp̄fect⁹: imo pa
rū est vt sit nō meritū / cū
sit fuga meritum consilij.
Aut p̄ueniūt ,p̄t solā de
lectationē: z h̄ videt pec/
catum veniale: q: omittit
circūstātia debita/ q̄ inef/
se faciliter posset .s. finis
debit⁹: z sic nō video pec/
catū mortale in actu cōiu
gali: nisi sicut intēperan/
tia pōt esse in cibo z potu
aut alia corpis delectati/
one: q̄n p̄uenit ad corpis
nocumētū: vel etiā alias
,p̄hibitū: sicut in dieb⁹ sa/
cris. Et cū dicit/ q̄ furat
actū rōnis iste act⁹: m̄lto
magis furat ip̄m / immo
obruit dormitio.

2.Cor.3.c. tio tribulationis. Et vniuscuiusq; op⁹/qua/
le sit ignis probabit. Si cuius opus permā/
serit (permanet enim qd̄ quisq; cogitat quę
sunt dei/quō placeat deo) qd̄ sup̄ędificauit:
mercedē accipiet: id est vñ cogitauit hoc su
met. Si cui⁹ aūt opus arserit/damnū patie/
tur: qm̄ qd̄ dilexerat nō habebit. Ipse autē
saluus erit: q: eū nulla tribulatio ab illi⁹ fun
damenti stabilitate semouit: sic tamē q̄si p̄
ignē. Quod eīm sine illiciente amore nō ha
D buit/sine vrente dolore nō p̄det. Ecce quā/
tum mihi videt/inuentus est ignis q̄ nullū
eorū damnet: sed vnū ditet/alterū damnifi/
cet/ambos ,p̄bet. Si aūt ignē illū isto loco
voluerimus accipere: de quo dn̄s dicit sini/
Matth.25.d stris. Discedite a me maledicti in ignē ęter
1.Cor.3.c. num: vt in eis etiam isti esse credant/q̄ ędifi
cant sup̄ fundamentū ligna/fęnū/stipulam:
eosq; ex illo igne post tēpus pro malis me/
ritis impertitū liberet boni meritum funda
menti: qd̄ arbitramur dexteros quib⁹ dicet:
Matth.25.c. Uenite bn̄dicti patris mei possidete para/
tum vobis regnū: nisi eos qui sup̄ędificaue
1.Cor.3.c. rūt sup̄ fundamentū aurū/argentū/lapides
p̄ciosos: Sed in illū ignē de quo dictū est:
sic tamen quasi per ignē: si hoc modo est in/
telligendus: vtriq; mittendi sunt z dextri .s.
et sinistri. Illo q̄ppe igne vtriq; ,p̄bandi sūt:
1.Cor.3.c. de q̄ dictū est: Dies eīm dn̄i declarabit: qm̄
in igne reuelabit: et vniuscuiusq; opus q̄le
sit ignis probabit. Si ergo vtrūq; probabit
ignis: vbi si cuius opus permāserit: id ē nō
fuerit igne cōsumptū: qd̄ sup̄ędificauit mer
cedem accipiat:

E
Tricesimatertia veritas ¶ Si cuius autē opus
arserit/dānū patiat: ,p/
fecto nō est ille ipse ęter
nus ignis. In illū enim

¶ Tricesimatertia ve/
ritas / q̄ cū dicit ap̄ls:
Si cuius opus arserit
detrimentū patiat: ,p/
fecto ait aug⁹/ nō est il/

le ignis eternus: q: nō
damnat/ sed ,p̄bat ele/
ctos: hic nūc intelligit
ignē purgatorij.

soli sinistri nouissima z
p̄petue dānatione mit/
tent: iste autē dexteros
probat. Sed alius eorū
sic probat: vt ędificium quod super christū
fundamentum ab eis inuenerit esse constru
ctum: non exurat atq; consumat: alios aūt
aliter: id est vt quod superędificauerunt ar/
deat: damnumq; inde patiantur: salui fiant
autem / quoniam christum in fundamentū
stabiliter positum pręcellēti charitate tenu/
erunt. Si autem salui fient/ p̄fecto z ad de/
xterā stabunt: z cum cęteris audiēt: Uenite Matth.25.c.
benedicti patris mei: possidete paratum vo
bis regnū: non ad sinistrā/ vbi illi erunt qui
salui non erunt: z ideo audient: Discedite a Ibidem.d.
me maledicti in ignem ęternum. Nemo q̄p
pe ab illo igne saluabit: q: in suppliciū ęter Esa.66.g.
num ibunt illi omnes: vbi vermis eorū non Apocal.20.c.
morietur: z ignis non extinguet: quo cruci/
abunt die ac nocte in sęcula sęculorū. Post F
istius sane corpis mortē/ donec ad illum ve
niatur/qui post resurrectionem corporū fu/
turus est dānationis z remunerationis vlti
mus dies: si hoc temporis interuallo spiri/
tus defunctorum eiusmodi ignem dicūtur
perpeti/quē non sentiant illi qui non habu/
erunt tales mores et amores in huius cor/
poris vita: vt eorum ligna/et fęnum/z stipu
la consumat: alij vero sentiant qui eiusmo/
di secum ędificia portauerunt: siue ibi tan/
tum/ siue hic et ibi/ siue ideo hic vt non ibi:
sęcularia q̄uis a dānatione venialia cōcre/
mantē ignem transitorię tribulationis inue
niant/non redarguo: quia forsitan verū est.
Potest quippe ad istam tribulationē perti/
nere etiam ipsa mors carnis quę de peccati
primi perpetratione concepta est: et ſm cu/
iusq; ędificium tempore suo ab vnoquoq;
suscępta: possunt et p̄secutiones ecclię qui/
bus martyres coronati sunt: z quas patiun
tur quicunq; christiani: probant vtraq; ędi
ficia velut ignis: et alia consumunt cū ipsis
ędificatoribus: si christum in eis non inue/
niunt fundamentum: alia sine ipsis si inue/
niunt: quia licet cum damno salui erunt/ipsi
non consumentur propter christi videlicet
meritum in fundamento reperti: qui manet
in eternum. Erit etiam in fine sęculi tribula Matth.24.b
tio tempore antichristi qualis nunq̄ antea
fuit: quia multa erunt tunc ędificia/ siue au
rea / siue fęnea super optimum fundamētū
quod est christus iesus/ vt ignis ille probet
vtraq;: et de alijs gaudium/de alijs inferat
damnū: neutros tamen perdat in quib⁹ hęc G
inueniet ,p̄pter stabile fundamentū. Qui/
cunq; aūt non dico vxorem/cuius etiā com
mixtione carnis ad carnalē vtitur volupta/

re:sꝫ ipa q̄ ab huiuſmodi delectationib⁹ ali
ena ſunt noīa pietatis/humano more carna
liter diligēdo chriſto anteponit: non eū ha/
1.Cor.3.c. bet in fundamēto: ⁊ ideo nō per ignē ſaluus
erit/ſed ſaluus nō erit: q2 eſſe cum ſaluatore
nō poterit: qui de hac re apertiſſime loquēs
Matth.10.d. ait: Qui amat patrē aut matrē plus q̄ me/
non eſt me dign⁹: ⁊ q̄ amat filiū aut filiā ſup
me/ nō eſt me dign⁹. Verū q̄ has neceſſitu/
dines ſic amat carnaliter / vt tñ eas chriſto
dño nō p̄ponat: maliتq̄ ipſis carere q̄ chri/
ſto ſi ad hūc fuerit articulū tēptationis ad/
ductus p ignē ſaluus erit: q2 ex earū amiſſi/
one tantū neceſſe eſt vrat dolor/ quātū heſe
rat amor. Porro q̄ patrē/matrē/filios filiaſ/
q̄ ſm chriſtū dilexerit/vt ad ei⁹ regnū obti/
nēdū/eiq̄ coheredū illis ꝯſulat: vel h̄ in eis
diligat q̄ mēbra ſūt chriſti: abſit vt iſta dile
ctio reperiat̄ i lignis/ feno/⁊ ſtipula ꝯſumē/
Al.†potius da:ſꝫ† p̄ſus edificio aureo/argēteo/ gēme/
oq̄ deputabit̄. Quō aūt pōt eos pl⁹ amare
q̄ chriſtū/q̄s amat vtiq̄ ꝑpter chriſtū?

Contra eorū p̄ſuaſionē qui putāt ſibi nō obfutura pctā/ in quibus cū elemoſynas facerent perſtiterunt: Ca. XXVII

A
Matth.25.d Expo. Ca.XXVII a R Eſtat aūt ⁊c. In hoc ca. poſt mediū dicit: Nā cū cāpos elyſios poeta ille deſcriberet. ſ. virgilius. vi. eneid. vbi putant ⁊c. Verſus
Iaco.2.c. virgilij ē: Quiq̄ ſui memores alios fece re merēdo: quē verſum ſatis exponit in littera.

R Eſtat aūt eis re
ſpōdere q̄ dicūt
eterno igne illos
tm̄mō arſuros q̄ p pctis
ſuis facere dignas ele/
moſynas negligūt: ꝑpt
illud qō ait aplus iaco/
bus: Iudicium aūt ſine
miſericordia illi q̄ nō fe/
cit miſericordiā. Qui ḡ
fecit inquiūt: q̄uis non
correxerit perditos mores/ſed nefarie ac ne
quiter inter ipſas ſuas elemoſynas vixerit:
cū miſericordia illi futurū ē iudiciū/ vt aut
nō dānet̄ oīno/ aut poſt aliqō tp̄s a dānati/
one nouiſſima liberet̄. Nec ob aliud exiſti/
mānt chriſtum de ſolo delicto atq̄ neglectu
elemoſynarū diſcretionē inter dextros ⁊ ſi/
niſtros eſſe facturū: quoꝝ alios in regnū/ali
B os in ſuppliciū mittet eternū. Vt aūt q̄tidi/
ana ſibi opinent̄ q̄ facere oīno non ceſſant:
q̄liacūq̄ ⁊ quantacūq̄ ſint per elemoſynas
dimitti poſſe pctā: orationē quā docuit ipē
dñs/⁊ ſuffragatricē ſibi adhibere conant̄ et
teſtē. Sicut eñ nullus eſt inquiūt dies quo
a chriſtianis hec oratio non dicat̄: ita nullū
eſt quotidianū q̄lecūq̄ pctm̄ qō p illā nō di
Matth.6.b. mittat̄: cū dicimus: Dimitte nobis debita
noſtra: ſi qō ſequit̄ facere curemus: ſicut et
nos dimittim⁹ debitoribus noſtris. Nō eñ
ait dñs inquiūt: Si dimiſeritis pctā hoīb⁹/
dimittet vobis pater veſter q̄tidiana parua
pctā: ſed dimittet vobis inquit pctā veſtra.
Qualiacūq̄ ergo vel quātacūq̄ ſint/ etiā ſi
q̄tidie ꝑpetrent̄: nec ab eis vita diſcedat in
melius cōmutata: p elemoſynā venia nō ne
gata remitti ſibi poſſe p̄ſumūt. Sed bene/q̄
iſti dignas p pctis cōmonent elemoſynas
eſſe faciēdas: qm̄ ſi dicerēt q̄leſcunq̄ elemo
ſynas p pctis ⁊ q̄tidianis ⁊ magnis: ⁊ quā/
tacūq̄ ſcelerū ꝯſuetudine miſericordiā poſ
ſe impetrare diuinā/vt ea q̄tidiana remiſſio
ſequeret̄/viderēt rem ſe dicere abſurdā atq̄
ridiculā. Sic eñ cogerent̄ fateri fieri poſſe:
vt opulētiſſim⁹ hō decē nūmulis diurnis in
elemoſynas impenſis: homicidia/ ⁊ adulte/
C ria / et nefaria queq̄ facta redimeret. Qō ſi
abſurdiſſimum ⁊ inſaniſſimū eſt dicere: ꝑfe
cto ſi querat̄: q̄ digne ſint pro pctis elemoſy
ne: de quib⁹ etiā chriſti p̄curſor ille dicebat:
Facite ergo fructus dignos penitētie: ꝑcul Matth.3.b.
dubio nō inuenient̄ eas facere: q̄ vitā ſuam
vſq̄ ad mortē q̄tidianoꝝ criminū ꝑpetrati/
one cōfodiūt. Primū: q2 in auferēdis rebus
alienis lōge plura diripiūt: ex quib⁹ exigua
pauperib⁹ largiēdo/chriſtū ſe ad hoc paſce/
re exiſtimant/vt licentiā malefactoꝝ ab illo
ſe emiſſe vel q̄tidie potius emere credētes/
ſecuri dānabilia tāta cōmittāt.
Qui ſi pro vno ſcelere
oīa ſua diſtribuerēt indi/
gentibus mēbris chriſti:
niſi deſiſterēt a talibus fa
ctis: habendo charitatē/
que non agit perperā: ali/
quid eis prodeſſe nō poſ/
ſet. Qui ergo dignas pro
ſuis peccatis elemoſynas
facit: prius eas facere in/
cipiat a ſeipo. Indignum
eſt eñ vt in ſe non faciat
qui facit in proximū: cum
audiat dicentē dominū:
Diliges proximum tuum
tanq̄ teip̄m. Itemq̄ au/
diat: Miſerere anime tue
placens deo. Hanc ergo
elemoſynā: id eſt vt deo
placeat non faciens ani/
me ſue: quomodo dignas
pro peccatis ſuis elemo/
ſynas facere dicēdus eſt?
Ad hoc enim ⁊ illud ſcri/

Triceſima quarta veritas ¶ Triceſima quar/ta veritas / q̄ qui p vno ſcelere oīa ſua diſtribueret indigētib⁹ mēbris chriſti niſi deſiſteret a talibus / nō ei ꝑdeſſet. q̄ igit̄ ait dignas p pctis ſuis elemoſynas facit: prius ea facere icipiat a ſeipo. Ex q̄ dicto pōt excerpi illud vulgatiſſimū dictū: Ordinata charitas incipit a ſeipo: cū in actu charitatis talē ponat ordinē. Sed oritur dubiū: q2 ſolet dici q̄ elemoſyne etiā proſunt peccatoribus. Dicit̄ aūt q̄ ꝓſunt ad temporalia ⁊ ad impetrandū attritionem: nō tamen ad remiſſionem peccati: ſicut hic dicit̄: nec ad eternam beatitudinem.

1.Corī.13.b. Matth.22.d. Ecci.30.d.

ptum eſt: Qui ſibi malignus eſt: cui bonus Ecci.14.a.
erit? Orationes q̄ppe adiuuant elemoſyne.
Et vtiq̄ intuendum eſt quod legimus: Fi/ D
li peccaſti: non adijcias iterum: et de prete/ Ecci.21.a.
ritis tuis dep̄care vt dimittant̄ tibi. Propt̄
hoc ergo elemoſyne faciende ſunt: vt cū de
p̄teritis peccatis deprecamur/exaudiamur:

non vt in eis ꝑseuerātes licētiā malefaciēdi nos ꝑ elemosynas cōparare credamꝰ. Idō autē dñs ꝛ dextris elemosynas ab eis factas/ꝛ sinistris non factas se imputaturꝫ esse ꝓdixit: vt hinc ostēderet q̄ₜū valeant elemosynę ad priora delēda/nō ad ꝑpetua impune cōmittenda pctā. Tales autē elemosynas nō dicēdi sunt facere/q̄ vitā nolūt a ꝯsuetudine scelerū in meliꝰ cōmutare. Quia ꝛ in hoc ꝙ ait
Matth. 25. d. Qñ vni ex minimis meis non fecistis/mihi nō fecistis: ostēdit eos nō facere etiam qñ se facere existimāt. Si em̄ christiano esurienti panē tanq̄ christo darēt: ꝓfecto sibi panem iusticię (qđ ipse christꝰ est) nō negarēt.

Tricesimaquīta veritas
¶ Qm̄ deꝰ nō cui def sed quo aīo def attendit. Qui ꝗ christū diligit i christiano/ħ animo ei porrigit elemosynā q̄ accedit ad christū/non quo vult recedere impunitꝰ a chr̄o. Tāto em̄ magis q̄sq̄ deserit christū: quāto magis diligit quod improbat christus.

¶ Tricesimaquīta veritas/ꝙ deꝰ nō cui def/sed quo aīo def respicit. Ex q̄ dicto accipif documētū/ꝙ circūstātia finis (q̄ intelligif ꝑ hoc ꝙ dicitur quo aīo .i. qua intētiōe) est ꝓncipalissima in actu meritorio: qꝛ illud deus ꝓncipaliter respicit/vt hic dicitur.

E
Tricesimasexta veritas
¶ Nā qđ cuiq̄ ꝓdest ꝙ baptizaf si nō iustificaf? Nōne qui dixit/
Joh. 3. a. Nisi q̄s renatꝰ fuerit ex aqua ꝛ spūsctō/non intrabit in regnū dei:
Matth. 5. c. ipse etiā dixit: Nisi abundauerit iusticia vestra sup scribarꝫ ꝛ phariseorū/nō itrabitis in regnū celorꝫ? Cur illō timendo multi curant baptiçari: ꝛ hoc non timēdo/nō multi curāt iustificari? Sicut ꝗ nō
Ibidem. c. dicit fratri suo fatue: q̄ cū hoc dicit: nō ipi fraternitati/ħ pctō eiꝰ infensus est: alioq̄n reus erit gehennę ignis: ita ecōtrario qui porrigit elemosynā christiano nō christiano porrigit q̄ nō in eo diligit christū: nō aūt diligit christum qui iustificari recusat a christo.
F
Gal. 6. a. Et quēadmodū si q̄s ꝓoccupatus fuerit in aliq̄ delicto/vt fratri suo dicat fatue/id est nō eiꝰ
Matth. 5. c. peccatū volens auferre/cōuincif iniusticię:

¶ Tricesimasexta veritas/ꝙ nihil ꝓdest alicui ꝙ baptiçef nisi iustificef. Ex quo dicto accipif argumētū/ꝙ nō ois q̄ recipit sacramētū baptismi/recipit rem sacramēti: q̄ est iustificatio aīe. Intelligēdū tñ est/ꝙ quadrupliciter aliq̄ variant accedētes ad sacramētum baptismi. Aliqui sunt q̄ recipiūt sacramētū et rē sacramēti: sicut eunuchꝰ quē baptiçauit philippꝰ quia cū nō posuerit obicē recepit etiā characterē baptismalē et gratiā spūssancti: vt hr̄ Act. 8. Secūdo aliq̄ recipiūt sacramentū et nō rē sacramenti: sicut illi qui accedunt ficte: quēadmoduꝫ credif de anania et eius vxore/Act. 5. quia spiritumsanctū tēptabant: ꝛ ideo licet characterē acciperēt/tamē gratiā non habebāt. Tertio aliq̄ accipiunt rem sacramenti/et nō sacramētū: sicut illi q̄ baptiçari affectāt/ꝛ non possunt: baptismꝰ enim flaminis ꝛ baptismꝰ fluminis non est vnū: discipuli em̄ ꝓloquēte petro acceperunt spūmsctm̄ anteq̄ essent baptiçati: vt habef Actꝰ. 2. Quarto aliq̄ nō recipiūt sacramētū/nec rem sacramēti: vt illi q̄ coguntur/aut nō in

paruū est illi ad hoc redimendū elemosynas facere/nisi etiaꝫ qđ ibi sequif/remediū reconciliatiōis adiungat. Ibi em̄ sequif: Si ergo Matth. 5. d.
offers munꝰ tuū ad altare/ꝛ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliq̄d aduersum te: relinque ibi munus tuū ad altare: et vade priꝰ recōciliare fratri tuo: ꝛ tūc veniēs offeres munus tuum.

¶ tendūt: cū intētio requirat i oībꝫ sacramēto: fm̄ beatū clementē de regulis theologie.

¶ Ita paruū est elemosynas quantaslibet facere ꝓ quocūq̄ scelere/ꝛ in ꝯsuetudine scelerū ꝑmanere.

F
Tricesimaseptima veritas.
¶ Tricesimaseptima veritas/ꝙ paruū est elemosynas quantaslibet facere ꝛ in scelerꝫ consuetudine ꝑmanere. Et istā veritatē inducit cōtra illos qui dicebāt/ꝙ oēs facientes opa misericordie saluabunf/quātūcūq̄ habeāt peccata alia: ꝓpter verba que dicit christus in die iudicij/sola ista opera cōmendās.

Tricesimaoctaua veritas
¶ Oratio vero quotidiana: quā docuit ipē dñs: vnde ꝛ dñica nūcupaf: delet quidē q̄ₜidiana peccata: cū q̄ₜidie dicif: Dimitte nobis debita nostra: qñ id quod sequif non solum dicif/sed etiaꝫ fit: sicut ꝛ nos dimittimꝰ debitoribꝰ nostrꝭ. Sꝫ qꝛ fiunt peccata/ideo dicif: non vt ideo fiāt quia dicitur. Per hāc enim nobis voluit saluator ostēdere/quātūlibet iuste in huius vite caligine atq̄ ifirmitate viuamꝰ/nō nobis deesse peccata ꝓ quibꝰ dimittēdis debeamꝰ orare: et eis qui in nos peccant vt ꝛ nobis ignoscaf ignoscere. Nō itaq̄ ꝓpterea dñs ait: Si dimiseritis pecca-
Ibidem. b. ta hoibꝰ: dimittet vobis ꝛ pater vester pctā vestra: vt de hac oratiōe cōfisi/securi q̄ₜidiana scelera faceremꝰ: vł potētia qua nō timeremus hoim leges: vel astutia q̄ ipos hoies fallueremꝰ: sed vt ꝑ illā disceremꝰ non putare nos esse sine peccatis/etiā si a criminibꝰ essemus imunes: sicut etiam legis veteris sacerdotes hoc ipm deꝰ de sacrificijs admonuit: q̄
Heb. 5. a. iussit eos ꝓmū ꝓ suis/deinde ꝓ ppł̄i offerre peccatis.
G
Nam etiā ipsa verba tanti magistri ꝛ dñi nostri vigilāter intuēda sūt. Nō
Matth. 6. b. em̄ ait: Si dimiseritis pctā hoibus/et pater vester dimittet vobis qualiacūq̄ peccata/sed ait peccata vestra. Quotidianā quippe oratione docebat/ꝛ iustificatꝭ vtiq̄ discipulis loquebaf. Quid est ergo peccata vestra nisi pctā sine quibꝰ nec vos estis/qui iustificati ꝛ sanctificati estꝭ? Ubi ergo illi qui per

¶ Tricesimaoctaua veritas ꝙ ꝑ oratione dominicā qñ dicimꝰ/Dimitte nobis debita nostra: nō debemꝰ estimare nobis dimitti nisi parua peccata: sine q̄bꝰ esse nō possumus.
Matth. 6. b. Ex quo dicto accipif vtile documētū/ꝙ in oratiōe dñica dimittunf pctā venialia. Intelligēdū tñ gratia istiꝰ ꝙ quattuor sunt actꝰ preter istū q̄bꝰ dicunf pctā venialia deleri q̄ₜū ad culpā .s. generalis ꝯfessio/episcopalis benedictio/sumptio eucharistie dignissime/ꝛ vnctio extrema. Eandeꝫ autē rationē possumꝰ in ceteris assignare sacramentis.

hāc orationē occasionē ppetrandoꝝ q̄tidie
scelerū q̄rūt: dicūt dn̄m significasse etiā ma/
gna pctā: qm̄ nō dixit: dimittet vobis pctā
parua sꝫ pctā vestra. Ibi nos ꝯsiderātes q̄/
libus loq̄baꝭ: ꝛ audiētes dictū / pctā vestra:
nihil aliud debem⁹ existimare q̄ꝫ parua: qm̄
taliū iā nō erāt magna. Veruntamē nec ipa
magna / a quib⁹ oīno mutatis in melius mo
Matth.6.b. ribus recedendū est / dimittunꝭ orantibus:
nisi fiat qd ibi dicit: Sicut ꝛ nos dimittim⁹
debitoribus nostris. Si eñ minima pctā si/
ne quib⁹ nō est etiā vita iustoꝝ / aliter nō re/
mittunꝭ: quāto magis multis ꝛ magnis cri/
minibus inuoluti / etiā si ea perpetrare iam
desināt: nullā indulgentiā cōsequunꝭ / si ad
remittendū alijs: qd in eos quisq̄ꝫ peccaue/
rit / inexorabiles fuerint: cū dicat dn̄s: si autē
nō dimiseritis hominibus pctā: neq̄ꝫ pater ve/
h ster dimittet vobis. Ad hoc eñ valet q etiā
Jaco.2.c. iacobus apl's ait: Judiciū futurū sine mise/
ricordia illi qui non fecit misericordiā. Ve/
nire quippe debet in mentē etiā seruus ille:
Matth.18.c. cui debitori dn̄s suus relaxauit decē milia
talentorū: q̄ postea iussit vt redderet: qꝛ ipse
nō misert⁹ est cōserui sui / q̄ ei debebat centū
Roma.9.c. denarios. In his ḡ qui filij sunt pmissionis
ꝛ vasa misericordie / valet qd ait idem apl's /
Jaco.2.c. ꝯsequēter adiugēs: Superexaltat aūt miseri/
cordia iudiciū. Qm̄ ꝛ illi iusti q̄ tāta scītita/
Luc.16.c. te vixerunt / vt alios quoq̄ꝫ recipiant in ta/
bernacula eterna: quib⁹ amici facti sunt de
māmona iniquitatis / vt tales essent: miseri/
cordia liberati sunt ab eo q̄ iustificat impi/
Roma.4.a. um: imputās mercedē sm gratiā / nō sm de/
bitū. In eoꝝ quippe numero est apl's qui di
1.Cor.7.c. cit: Misericordiā cōsecutus sum / vt fidelis
essem. Illi aūt qui recipiunꝭ a talibus in ta/
Luc.16.c. bernacula eterna: fatendū est q non sint his
morib⁹ prediti / vt eis liberandis sine suffra
gio sanctorū sua possit vita sufficere: ac per
Jaco.2.c. hoc multo amplius in eis superexaltat miseri
cordia iudiciū. Nec tamē ideo putādus est
quisq̄ꝫ sceleratissim⁹ nequaq̄ꝫ vita vel bona
vel tolerabiliore mutatus / recipi in taberna
Luc.16.c. cula eterna: qm̄ obsecut⁹ est scīis de māmo/
na iniq̄tatis: id est de pecunia vel diuitijs /
q̄ male fuerāt acq̄site: aut etiā si bene / nō tñ
veris / sed quas iniquitas putat eē diuitias:
qm̄ nescit q̄ sint vere diuitie: quib⁹ illi abū
dant / q̄ ꝛ alios recipiunt in eterna taberna/
I cula. Est itaq̄ꝫ quidā vite modus: nec tā ma
le / vt his qui eū viuūt nihil ꝓsit ad capescē/
dum regnū celorū largitas elemosynarum:
quib⁹ etiā iustoꝝ sustētaꝭ inopia: ꝛ fiūt ami
ci q̄ in tabernacula eterna suscipiant: nec tā
bone vt ad tantā btitudinē adipiscēdā eis
ipsa sufficiat: nisi eoꝝ meritis quos amicos
fecerunt misericordiā ꝯsequanꝭ. Mirari aūt
soleo etiā apud virgiliū istā dn̄i reperiri sen
tentiā vbi ait: Facite vob amicos de māmo Luc.16.c.
na iniq̄tatis: vt ꝛ ipsi recipiāt vos in taber/
nacula eterna. Cui est ꝛ illa simillima: Qui Matth.10.d.
recipit pphetā in noīe pphete / mercedē p/
phete accipiet: ꝛ q̄ recipit iustū in noīe iusti /
mercedē iusti accipiet. Nā cū elysios cāpos
poeta ille describeret: vbi putant habitare
aīas btōꝝ: nō solū ibi posuit eos qui ꝓprijs
meritis ad illas sedes puenire potuerūt / sed
adiecit atq̄ꝫ ait: Quiq̄ꝫ sui memores alios Eneid.6.
fecere merendo: id est qui pmeruerūt alios
eosq̄ꝫ sui memores pmerēdo fecerūt. Pror/
sus tanq̄ꝫ eis diceret: qd frequentaꝭ ore chri
stiano: cum se cuiq̄ꝫ sanctoꝝ humilis quisq̄ꝫ
cōmēdat ꝛ dicit: memor mei esto: atq̄ꝫ vt id
esse possit pmerendo efficit. K

¶ Sed qs iste sit modus: et q̄ sint ipa pctā / q̄ ita ipe/
diūt puentionē ad regnū dei / vt tñ scōꝝ amicorum
meritis impetrēt indulgē/ tiā: difficillimū est inueni
re: piculosissimū definire. Ego certe vsq̄ꝫ ad h tpus
cū inde satagerē / ad eorū indaginē puenire non po/
tui. Et fortassis ppterea latent: ne studiū pficiēdi
ad oīa pctā cauēda pigre/ scat. Qm̄ si scirentur q̄ vel
q̄lia sint delicta / p quib⁹ etiā pmanētib⁹ nec pfectu
vite melioris assumpt⁹ in tercessio sit inq̄rēda ꝛ spe/
rāda iustorū: eis secura se obuolueret hūana segni/
cies: nec euolui talib⁹ implicamētis vllius
virtutis expeditione curaret / sed tm̄mō q̄re
ret aliorū meritis liberari: quos amicos sibi
de māmona iniquitatis elemosynarū largi/ Luc.16.c.
tione fecisset.

¶ Tricesimanona veritas / q que sint ista pctā q̄ ita impe diūt / vt ad regnum dei aliq̄ue aīe nō va leāt puenire nisi sanctorū auxilio: de q̄/ bus christ⁹ dicit in euāgelio: facite vo/ bis amicos de mā/ mona iniq̄tatis: dif ficillimū est inueni/ re et piculosissimuꝫ definire. Unde ipse aug⁹ dicit / q nō po/ tuit ad h puenire. Ex q̄ dicto accipiꝭ argumentū / q aliq̄ sunt pctā ad q̄ꝝ in/ dulgentiā null⁹ pōt venire nisi pcibus scōꝝ adiuuet: quia aug⁹ talia pctā hic supponit: sed q̄ sint ista nescit.

Tricesimanona veritas.

¶ Nūc vero dū venialis ini q̄tas etiā si pseueret igno raꝭ modus / pfecto et stu/ dium in meliora pficiēdi orādo et instādo vigilan/ tius adhibeꝭ: ꝛ faciēdi de māmona iniquitatis san/ ctos amicos cura nō sper/ niꝭ. Verū ista liberatio q̄ fit siue suis quibusq̄ꝫ ora/ tionib⁹ / siue intercedētib⁹ scīis id agit vt i ignē q̄sq̄ꝫ nō mittaꝭ eternū: nō vt cū fuerit missus post quātū/ cūq̄ꝫ tps inde eruaꝭ. Nā ꝛ illi q̄ putāt sic in/ telligendū esse qd scriptū est: afferre terram

¶ Quadragesima veritas / q venialis culpa si perseueret / ignoraꝭ modus: et ideo studiū videtur esse in meliora pfi/ ciendi p orationes: et faciendi amicos de māmona iniq̄ta/ tis scōs / cura non spernaꝭ. Ex q̄ acci/ pitur argumētū / q pctā venialia homi num esse certa non possunt: cū modus eorum ignoretur vt hic habetur.

Quadragesima veritas.

L

Matth. 13. a. Luc. 8. a. bonã/vberẽ fructũ: aliã tricenũ/aliã sexagenũ/aliã centenũ: vt scti ꝓ suorũ diuersitate meritoꝝ alij tricenos hoies liberẽt/alij sexagenos/alij centenos: hoc in die iudicij futurũ suspicari solẽt/nõ post iudiciũ. Qua opinione q̃dã cũ videret hoies impunitatẽ sibi ꝑuersissime pollicẽtes: eo ꝙ oẽs isto modo ad liberationẽ ꝑtinere posse videant.

Quadragesima pzima. ¶ Elegãtissime respõdisse ꝓhibet/bene potius esse viuẽdũ vt inter eos q̃sq; reperiat q̃ ꝓ alijs itercessuri sunt liberãdis: ne tam pauci sint/vt cito ad nũerũ suũ vel tricenũ vel sexagenũ vel centenũ vnoq̃q; eoꝝ ꝑueniẽte/multi remaneãt q̃ eruitam de pęnis illoꝝ intercessiõe nõ possint: ꝛ in eis inueniat quisq̃s sibi spem fruct⁹ alieni temeritate vanissima pollicet. Hęc me respondisse illis suffecerit: q̃ sacraꝝ litteraꝝ q̃s cões habem⁹ auctoritatẽ nõ spernũt: sed eas male intelligẽdo non qđ ille loquũtur/sed hoc poti⁹ putãt futuꝝ esse qđ ipsi volunt. Hac itaq; respõsiõe reddita/librũ sicut ꝓmisim⁹ terminam⁹.

¶ Quadragesima pzima veritas/ꝙ elegantissime videt r̃ndisse ille q̃ dixit bene poti⁹ esse viuẽdum vt inter eos q̃sq; reperiatur q̃ ꝓ alijs intercessuri sunt liberãdis. Istã aũt r̃nsionẽ inducit augustinus a q̃dã r̃ndẽte dictis origenis: q̃ dicebat ꝙ intercessione sctõꝝ reprobi erãt finaliter liberãdi: et ꝑ hoc aliq̃ retardabãtur a bonitate: tunc cito iste r̃ndit vt alaret ad bonã etiã dato ꝙ illud esset verum/quod absit.

Sancti augustini episcopi liber vicesimusprimus de ciuitate dei explicit.

¶ Annotatio capitulorũ vicesimisecũdi libri eisdem.

30 De eterna felicitate ciuitatis dei sabbato perpetuo.

¶ Eiusdē diui aurelij augustini episcopi de ciuitate dei liber vicesimus secundus incipit.

¶ De conditiōe angelorum et hominum. Capitulum. I.

Expo. Ca. I.

A Sicut in primo libro ꝛc. In hoc vicesimosecūdo libro agit augustin⁹ de fine ciuitatis dei: que est eterna angelorū ꝛ hominū beatitudo.

Sicut in primo libro superiori ꝓmisim⁹ iste hui⁹ totius operis vltim⁹ disputationem de ciuitate dei eternaq₃ beatitudine cōtinebit. Que nō ꝓpter etatis ꝑ multa secula longitudinē: tamen quātācūq₃ finiendā eternitatis nomē accepit: sed queadmodū scriptū est in euāgelio: Regni eius nō erit finis. (Luc. 1. e.) Nec ita vt alijs moriēdo decedētib⁹/alijs succedētib⁹ oriēdo/species in ea ꝑpetuitatis appareat: sicut in arbore q̄ perenni fronde vestit: ꝛ eadē videt viriditas ꝑmanere/dū labentib⁹ ꝛ cadētib⁹ folijs subinde alia que nascunt faciē cōseruāt opacitatis: sed omes in ea ciues imortales erunt adipiscētib⁹ ꝛ hoib⁹ quod nunq̄ sancti angeli ꝑdiderūt. B Faciet hoc deus oipotentissimus eius cōditor. Promisit eñ/nec mentiri potest: et qbus fidē hinc q̄ faceret multa sua ꝛ nō ꝓmissa ꝛ ꝓmissa iam fecit. Ipse est eñ q̄ in principio cōdidit mundū/plenū bonis oibus visibilib⁹ atq₃ intelligibilib⁹ reb⁹ (Gen. 1. a.) in quo nihil meli⁹ instituit q̄ spūs: qb⁹ intelligentiā dedit: et sue contēplatiōis habiles capacesq₃ sui ꝯstituit: atq₃ vna societate deuinxit: quā sanctā et supnā dicim⁹ ciuitatē. In qua resideāt/in qua sustentētur beatiq₃ sint. Deus autem ipse illis est tanq̄ vita victusq₃ cōmunis. C Qui liberū arbitriū eidē intellectuali nature tribuit tale: vt si vellet deserere deū/beatitudinē. s. suā/continua miseria esset secutura. Qui cum ꝑsciret angelos quosdā ꝑ elatiōnē qua ipsi sibi ad beatā vitam sufficere vellēt/tāti boni desertores futuros: nō eis ademit hanc potestatē: potentius ꝛ melius esse iudicans etiā de malis benefacere/q̄ mala esse nō sinere. Que omino nulla essent/nisi natura mutabilis q̄uis bona ꝛ a summo deo atq₃ incōmutabili bono/qui bona oñia condidit instituta/peccādo mala ea sibiipsa fecisset.

¶ Quo etiaz peccato suo teste cōuincit/bonam cōditā se esse naturā. Nisi eñ magnū et ipsa/licet nō equali conditori bonū esset: ꝑfecto desertio dei tā q̄ luminis sui/malum eius esse nō posset. Nā sicut cecitas oculi vitiū est: ꝛ idē ipm indicat ad lumen vidēdū oculū esse creatū: ac per hoc etiam ipo vitio suo excellentius ostēdit ceteris mēbris mēbrum capax luminis: nō eñ alia causa esset vitiū eius carere lumie: ita etiā natura que fruebat deo/optimā se institutā docet etiaz ipso vitio: quo ideo misera est: quia nō fruitur deo: qui casum angelorum voluntariū iustissima pena sempiterne infelicitatis obstruxit: atq₃ in eo sūmo bono permanētib⁹ ceteris: vt de sua sine fine permansiōe certi essent/tanq̄ ipsius premiū permansiōis dedit. D Qui fecit hoiem/ipsum etiā rectū cum eodē libero arbitrio terrenū quidē animal/sed celo dignū/si suo coheret auctori: miseria similiter/si eū desereret secutura: qualis nature hmōi cōueniret. (Gen. 2. b. Eccle. 7. d.) Quē similiter cū preuaricatiōe legis dei per dei desertionem peccaturū esse prescirei: nec illi ademit liberi arbitrij potestatē: simul ꝓuidens quid boni de malo eius esset ipe facturus: q̄ de mortali ꝓgenie merito iusteq₃ dānata/tātū populum ꝓpter gratiā suam colligit: vt inde suppleat ꝛ instauret partem que lapsa est angelorum: ac sic illa dilecta superna ciuitas non fraudet suorū numero ciuiū: quinetiaz fortassis et vberiore letet. (Aug⁹ in enchiridion ca. 28.) E Multa eñ fiunt a malis quidē contra volūtatē dei: sed tante est ille sapiētie tanteq₃ virtutis: vt in eos exitus siue fines/quos bonos et iustos ipse presciuit: tendāt oñia que volūtati eius vident aduersa. Ac per hoc cū de⁹ mutare dicitur voluntatem: vt qbus lenis erat: verbi gratia: reddatur iratus: illi poti⁹ q̄ ipse mutantur: et eum quodāmodo mutatū in his que patiunt inueniunt: sicut mutat sol oculis sauciatis: et asper quodāmodo ex miti/ꝛ ex delectabili molestus efficitur: cum ipse apud seipsum maneat idem qui fuit. Dicit etiā voluntas dei/quā facit in cordib⁹ obedientiū mandatis eius: de qua dicit aplus: Deus est eñ qui operat in nobis ꝛ velle. (Phil. 2. b.) Sicut eñ iusticia dei nō solum qua ipe iustus est dicit: sed illa etiam quā in homine q̄ ab illo iustificat facit: sic ꝛ lex eius vocat q̄ potius est hominū/sed ab ipso data hominib⁹. Nam vtiq₃ hoies erant quib⁹ ait iesus: In lege vestra scriptū est: cum alio loco legam⁹ (Joh. 8. c.) Lex dei eius in corde ipsius. (Ps. 36. f.) Scdm hāc voluntatē quā deus operat in hominib⁹ etiaz F velle dicitur: quod ipse nō vult/sed suos id (Phil. 2. b.)

Prima veritas vicesimisecundi libri

¶ Prima veritas vicesimisecūdi libri ē/q̄ magnitudo mali declarat nobilitatem subiecti sic ostēdit in duplici exemplo. Primo in oculo etc: qz cecitas oculi ex sua vitiositate indicat ei⁹ nobilitatē: quia sez est lumīnis capax. Secūdo i angelo malo: qz naturā angelicā optimā institutā esse docet vitium quo misera est.

volentes facit:sicut dicit͡ cognouisse:qd vt cognoscerent facit a quib⁹ ignorabat͡. Nec͡ eñ dicēte apostolo: Nunc autē cognoscentes deū:imo cogniti a deo:fas est vt credamus q̄ eos tunc cognouerit deus precognitos ante cōstitutionē mūdi:sed tūc cognouisse dictus est/q̄ tūc vt cognoscerent͡ effecit De his locutionū modis iam ꝛ in superioribus libris memini disputatū. Scdm hāc ergo voluntatē qua deū velle dicimus quod alios efficit velle:a quibus nesciunt͡ futura multa vult nec facit.

Gal. 4.b.

S.libro.16. ca.32.a.c.

De eterna dei et incommutabili eius voluntate. Capl'm.II.

Multa eñ volunt fieri sancti ei⁹ ab illo inspirata sancta volūtate/nec fiunt:sicut orāt ꝓ quibusdam pie sancteq̄:ꝛ quod orant non facit/cum ipe in eis hanc orandi voluntatē sanctospū suo fecerit:ac per hoc quādo ſm domini voluntatem orant sancti vt quisq̄ sit saluus:possumus illo modo locutiōis dicere:vult deus ꝛ nō facit:vt ipsum dicam⁹ velle:qui vt velint isti facit. Scdm illā vero voluntatē suā q̄ cū eius ꝑscientia sempiterna est.

Scda veritas. Psal.134.b.

Profecto in celo et in terra oia quecunq̄ voluit:nō solū preterita vel ꝑsentia/ sed etiā futura iā fecit. Uerū antequā veniat temp⁹ quo voluit vt fieret qd ante tēpora vniuersa prescivit atq̄ disposuit: dicim⁹/fiet quādo de⁹ voluerit. Si autē non solum tēpus quo futurum est: verūetiā vtrū futurū sit ignoramus: dicim⁹/fiet si deus voluerit:nō quia de⁹ nouam voluntatē quam nō habuit tunc habebit/ſ qꝛ id qd ex eternitate in eius imutabili preparatū est voluntate tuc erit.

Secunda veritas/q̄ deus nō solum presentia vel preterita/sed etiā futura iam fecit:quia omnia inquit ante tempora disposuit vt fierent: aut si de⁹ voluerit/nō q̄ de⁹ mutet alr voluntatē/sed quia illud quod eternaliter ꝑsciuit/erit. Ex quo dicto accipiūt͡ duo theologica argumenta. Primū est/q̄ de⁹ ꝓduxit ab eterno omia creata in eē ſm quid:sicut ponit doctor subtilis:quia hic dicit aug⁹/q̄ oia futura fecit:quia ante tēpora ipsa disposuit. Secūdū argumentū/q̄ de⁹ non potest aliq̄d ordinare de nouo quod nō ordinauerit ab eterno:quia de⁹ vt dicit non potest mutare volūtatem/nisi ſm q̄ omnia ab eterno ꝑsciuit. Et isti⁹ est ratio clara:quoniā si aliq̄d aliter disponeret iam ista futura disposita non preuidisset.

De promissione eterne beatitudinis sanctorum:et perpetuis suppliciis impiorum. Capl'm.III.

B

Quapropter vt cetera tā multa pretercam:sicut nunc in christo videmus impleri quod ꝓmisit abrae dicens: In semine tuo benedicentur omes gentes:ita quod eidē semini eius ꝓmisit implebitur:vbi ait per ꝓphetā: Resurgent q̄ erāt in monumētis. Et quod ait: Erit celum nouum ꝛ terra noua:ꝛ nō erūt memores priorum:nec ascendent in cor ipsorū:sed leticiā ꝛ exultationē inuenient in ea. Et ecce ego faciam hierusalē exultationē/ et populū meū in leticiā:et exultabo in hierusalē/ꝛ letabor in populo meo:ꝛ vltra nō audiet͡ in ea vox fletus. Et per aliū ꝓphetam quod ꝑnunciauit/dicēs eidē ꝓphete: In tempore illo saluabit͡ populus tuus omis qui inuētus fuerit scrip⁹ in libro:ꝛ multi dormientiū in terre puluere:siue (vt quidā interpretati sunt) aggere/exurgent:hi in vitam eternā/ ꝛ hi in opprobriū ꝛ in cōfusionē eternā. Et alio loco per eundē ꝓphetā: Et accipient regnum sancti altissimi:ꝛ obtinebūt illud vsq̄ in seculum/ꝛ vsq̄ in secula seculorum. Et paulo post: Regnū inquit eius regnū sempiternū Et alia que ad hoc ptinentia in libro vicesimo posui:siue que nō posui:ꝛ tamē in eisdē litteris scripta sunt. Uenient et hec sicut et ista venerūt:que increduli nō putabant esse ventura. Idem quippe deus vtraq̄ ꝓmisit: vtraq̄ ventura esse predixit:quē perhorrescūt numina paganorū:

Gen. 22.d.

Esa. 26.d.

Esa. 65.c.

B

Dan.12.a.

Dan.7.c.

S.libro.20. ca.21.et.23.

teste etiam porphyrio ᵃ nobilissimo philosopho ipsorum.

ᵃ Teste etiam porphyrio nobilissimo philosopho/paganorum scz in libro theologion: vt etiam patuit supra libro.xix.ca.xxiii.

Cōtra sapientes mūdi/qui putāt terrena hominū corpora ad celeste habitaculū nō posse trāsferri. C.IIII

B

Sed videlicet ᵇ homies docti atq̄ sapientes cōtra vim tāte auctoritatis/que omnia genera hoim sicut tanto ante ꝑdixit in hoc credendū sperādūq̄ conuertit:acute sibi argumētari vident͡ aduersus corporū resurrectionem/ꝛ dicere qd in tertio de republica libro a cicerone cōmemoratū est: Nam cū herculem ꝛ romulū ex hominib⁹ deos esse factos asseueraret:quorū nō corpora inquit sunt in celo elata:neq̄ eñ natura pateret͡ vt id qd esset de terra/nisi in terra maneret. Hec ē magna ratio sapientiū:quorū dominus nouit cogitationes/quoniā vane sunt. Si eñ anime tantūmodo essemus:id est sine vllo corpore spirit⁹ ꝛ in celo habitātes/terrena animalia nescirem⁹:nobisq̄ futurum esse diceretur:vt terrenis corpib⁹ animādis q̄dā vinculo mirabili necteremur:nōne multo fortius argumētaremur id credere recusantes ꝛ diceremus naturam non pati vt res incorporea ligamēto corporeo vinciretur? Et ta

Expositio Ca.IIII.

ᵇ Sed videlicet homies docti ꝛc. In h̄ ca. nota de dictis ciceronis in lib.iii. de republica q̄ ad deificationē romuli: de quo vide supra li.iii.ca.xv. et li.ii.ca.xv.

Cicero lib.3. de republica.

1.Cor.3.d.

B

mē plena est terra vegetātib⁹ animis/qui/
bus hec mēbra terrena miro modo sunt cō/
nexa ⁊ implicata. Cur ergo eodē volēte deo
qui fecit hoc animal nō poterit terrenū cor/
pus in celeste corpus attolli: si anim⁹ oīa
hec terrena transcendēs per hoc etiā celesti
corpore prestabilior terreno corpori potuit
alligari? An terrena particula tā exigua po
tuit aliquid celesti corpore melius apud se
tenere/vt sensum haberet ⁊ vitā: ⁊ eam sen/
tientē atq; viuentem dedignabit celū susci
pere: aut susceptā nō poterit sustinere: cum
de re sentiat et viuat ista meliore q̄ est cor/
pus omne celeste? Sed ideo nunc nō fit: q2
nōdū est tempus quo id fieri voluit. Quid
C hoc quod ꝓuidentia dei multo mirabilius
q̄ illud quod ab istis non credit fecit? Cur
eni nō vehemētius admirant incorporeos
animos celesti corpore potiores/terrenis al
ligari corporib⁹: q̄ corpora licet terrena se/
dibus q̄uis celestib⁹ tamen corporeis sub/
limari: nisi quia hoc videre consueuimus/⁊
hoc sumus: illud vero nondū sum⁹: nec ali/
quādo adhuc vidim⁹.

Tertia veritas ¶ Nam ꝑfecto sobria
ratione consulta mira
bilioris eē diuini ope/
ris reperit incorpora/
libus corporalia quo/
dāmodo attexere q̄li/
bet diuersa: q2 illa cele
stia/ista terrestria: ta/
men corpora ⁊ corpo/
ra copulari.

¶ Tertia veritas/ꝙ si/
cut deus animā que ma
gis distat q̄ celum/vni/
uit corpori/ita poterit at
tollere corpus ad celum
sicut animam inclinauit
ad corpus: et dicit hic ꝙ
mirabili⁹ esse videt icor/
poralib⁹ corpalia attexe
re q̄ corpa corpib⁹ copu
lare. Et illud inducit ad
ostēdēdū quō corpa nr̄a
i celo poterūt eē ꝑpetuo.

¶ De resurrectiōe carnis/quā qui dā mūdo credētes nō credūt. Ca. V

A Sed hoc incredibile fuerit aliquan/
do: Ecce iam credidit mūd⁹ subla/
tū terrenū christi corpus i celum:
Mar. 16. d. resurrectionē carnis ⁊ ascensionē in supnas
Act. 1. b. sedes paucissimis remanētibus atq; stupen
tibus vel doctis vel indoctis: iam credide/
runt docti ⁊ indocti. Si rem credibilē credi
derunt: videant q̄ sint stolidi qui non cre/
dunt. Si autem res incredibilis credita est
etiā hoc vtiq; incredibile est sic creditū esse
quod incredibile est. Hec igitur duo incre/
dibilia/resurrectionē scilicz nostri corporis
in eternū/et rem tam incredibilem mūdum
esse crediturum: idē domin⁹ anteq̄ vel vnū
hoꝝ fieret/ambo futura esse predixit. Unū
duorum incredibiliū iam factum esse vide/
mus: vt quod erat incredibile/crederet mū/
dus: cur id quod reliquum est desperatur:
vt etiam hoc veniat quod incredibile credi
dit mundus: sicut iam venit quod similiter
incredibile fuit: vt rem tam incredibilē cre/
deret mundus: quādo quidē hoc vtrūq; in/
credibile: quorum videmus vnum/alterum
credimus in eisdem litteris predictū sit per
quas credidit mūdus? Et ipse modus quo B
mundus credidit si consideretur incredibi/
lior inuenitur. In eruditos liberalib⁹ disci/
plinis et omino quātū ad istorū doctrinas
attinet impolitos: nō peritos grammatica:
non armatos dialectica: nō rhetorica infla/
tos: piscatores christ⁹ cum retibus fidei ad Matth. 4. c.
mare hui⁹ seculi paucissimos misit: atq; ita
ex omni genere tam multos pisces: et tanto
mirabiliores quanto rariores etiā ipsos phi
losophos cepit. Duobus illis incredibilib⁹
si placet: immo quia placere debet/addam⁹
hoc tertium. C

Quarta veritas ¶ Jam ergo tria sunt
incredibilia: que tamē
facta sunt. Incredibi/
le est eni christū resur/
rexisse in carne/⁊ in ce
lum ascēdisse cum car
ne. Incredibile ē mun
dum rem tam incredi
bilem credidisse. In/
credibile est homines
ignobiles/infirmos/
paucissimos/imperitos
rem tam incredibilem
tam efficaciter mūdo/
et in illo etiam doctis
psuadere potuisse. Ho
rum triū incredibiliū:
primū nolunt isti cum
quibus agimus crede
re: secundū coguntur ⁊
cernere quod nō inue/
niunt vnde sit factum
si nō credunt tertium.
Resurrectio certe chri
sti ⁊ in celū cum carne
in qua resurrexit ascē/
sio: toto iam mūdo p/
dicatur ⁊ credit: si cre
dibilis nō est: vnde to
to terrarum orbe iam
credita est? Sed mul/
ti nobiles/sublimes/do
cti etiā se vidisse dixe/
runt: ⁊ quod viderunt
diffamare curarūt: eis
mundū credidisse nō
mirū est: sed istos ad/
huc credere nolle/perdurū est. Si aūt vt ve
rū est: paucis/obscuris/minimis/indoctis eā
se vidisse dicentibus et scribētibus credidit
mūdus: cur pauci obstinatissimi qui remā/
serūt/ipsi mūdo iam credēti adhuc vsq; nō

¶ Quarta veritas ꝙ tria
incredibilia hominibus
mundi ponūtur circa fi/
dem christianā. Primū
est/ꝙ christus resurrexit
⁊ ascendit in celum. Se/
cundum/ꝙ mūdus rem
tam incredibilē credidit
Tertium incredibile/ꝙ
homies tam imperiti (si/
cut fuerunt ſm seculum
apostoli) rem ita incredi
bilem ita efficaciter cre/
dere facere potuerūt. In
telligendum tamē ꝙ in/
tentio beati augustini in
hoc loco est ex duob⁹ se/
quentibus incredibilib⁹
que tamen certa esse con
spicimus: ostendere/pri/
mū incredibile esse cre/
dendum: quia ista non
sunt minus incredibilia
et ideo ꝓcedit a minori.
Unde dicit in hoc capi/
tulo/ꝙ quāto testes fue/
rint contemptibiliores/
tanto diuinitas seipsam
mirabilius psuasit. Sed
attēdēdū/ꝙ ad cōfirmā Mar. 16. d.
dum magnitudinez isti⁹ Act. 1. b.
miraculi/ꝙ res tam in/
credibilis credita est: ip
se inducit tullium admi/
rantē de hoc/ꝙ tempori
bus tam vltimis q̄ gens
erat magis erudita/po/
tuit romulus ꝓ deo ac/
cipi: nec est ſm ipsuz ita
mirabile de aliis diis q̄
tempore āntiquo quo po/
pulus fuerat indoctus/
fuerant ꝓ diis accepta/
ti: et inde cōstat ꝙ popu
lus magis fuit erudit⁹
tempore christi q̄ romu
li: et ratiōe posteritatis
quā tullius assignat.

creduüt? Qui propterea numero exiguo ignobilium/infirmorū/ imperitorū hominū credidit: quia in tam contēptibilibus testibus multo mirabilius diuinitas seipsam persuasit. Eloquia nanq̧ persuadētium que dicebant: mira fuerunt facta/ nō verba. Qui eñ christū in carne resurrexisse/ et cum illa in celum ascendisse non viderāt: id se vidisse narrantibus non loquētibus tantū/ sed etiā mirifica faciētibus signa credebant. Homines quippe quos vnius vel vt multū duarū linguarum fuisse nouerant: repēte linguis omniū gentiū loquentes mirabiliter audiebāt. Claudum ab vberibus matris ad eorū verbum in christi nomie post quadraginta annos incolumem constitisse. Sudaria de corporibus eorū ablata/ sanandis profuisse languentibus in via qua fuerant transituri positos in ordine innūerabiles morbis varijs laborātes: vt ambulantiū super eos vmbra trāsiret/ continuo salutē solere recipere: et alia multa stupēda in christi nomine per eos facta sunt signa: postremo etiam mortuos resurrexisse cernebant. Que si vt legunt̃ gesta esse concedunt: ecce tot incredibilia tribus illis incredibilib⁹ addimus. Et vt credatur vnum incredibile/ quod de carnis resurrectione atq̧ in celū ascensiōe dicitur: multorum incredibiliū testimonia tanta congerimus: et nondū ad credendū abhorrēda duricia incredulos flectimus. Si vero per apostolos christi/ vt eis crederet̃: resurrectionē atq̧ ascensionē predicātibus christi etiam ista miracula facta esse non credūt: hoc nobis vnum grande miraculū sufficit/ q̄ ea terrarū orbis sine vllis miraculis credidit.

Margin: D — Act.1.b. — Ibidē. 2.b. — Ibidem.3.a. — Ibidē. 19.b. — Ibidē.5.c. — E

Qr roma conditorem suū romulum diligendo deum fecerit: ecclesia autem christum dominū credendo dilexerit. Capl'm.VI.

A a Recolam⁹ etiā hoc loco illō, qd̄ de romuli credita diuinitate tullius admirat̃. Verba eius vt scripta sunt inseram: Magis est inquit in romulo admirandū/ q̄ ceteri qui dij ex hominib⁹ facti esse dicunt̃/ minus eruditis hominum seculis fuerunt: vt fingendi procliuior esset ratio/ cū imperiti facile ad credendū impellerētur: Romuli aūt etatē minus b his sexcentis annis iā inueteratis litteris/ atq̧ doctrinis omniūq̧ illo antiquo ex inculta hominū vita errore sublato fuisse cernim⁹. Et paulopost de eodē romulo ita loquit̃: qd̄ ad hūc ptinet sensum. Ex quo itelligi potest inquit c permultis ānis ante homerū fuisse q̄ romulū: vt iam doctis hoib⁹ ac tēporib⁹ ipsis eruditis ad fingendū vix qcq̄ esset loci. Antiquitas eñ recepit fabulas/ fictas etiā nonnunq̄ incondite. Hec etas autē iam exculta presertim eludēs omne quod fieri nō potest respuit. Vn⁹ e nūero doctissimorū hoim idēq̧ eloquētissim⁹ omniū marcus tullius cicero B propterea dicit diuinitatē romuli mirabilit̃ creditā: q̄ erudita iā tēpora fuerūt que falsitatē nō reciperēt fabularū. Quis autē romulum deū nisi roma credidit: atq̧ id parua et incipiēs? Tum deinde posteris seruare fuerat necesse qd̄ acceperāt a maiorib⁹: vt cum ista supstitiōe in lacte quodāmodo matris ebibita cresceret ciuitas: atq̧ ad tā magnū perueniret imperium: vt ex eius fastigio velut ex altiore quodā loco alias quoq̧ gētes quib⁹ dominaret̃ hac sua opinione profunderet: vt nō quidē crederēt/ sed tamen dicerēt deum romulū: ne ciuitatē cui seruiebāt/ de conditore eius offenderēt: aliter eā nominā d do q̄ roma: que id nō amore quidē hui⁹ erroris/ sed cū amoris errore crediderat. Christus aūt q̄q̄ sit celestis et sempit̃ne cōditor C ciuitatis: nō tamē eum quoniā ab illo cōdita est deū credidit: sed ideo poti⁹ est condēda/ quia credidit. Roma cōditorē suū iam cōstructa et dedicata/ tanq̄ deum coluit in templo: hec autē hierusalē conditorē suum deum christū/ vt construi posset et dedicari posuit in fidei fundamentū. Illa illū amando esse deum credidit: ista istum deum esse credendo amauit. Sicut ergo precessit vnde amaret illa/ et de amato iam libenter etiā falsum bonum crederet: ita precessit vnde ista crederet: vt recta fide nō temere: quod falsum est/ sed quod verum erat amaret. Ex D ceptis enim tot et tantis miraculis que persuaserunt deum esse christum/ prophetie q̄q̧ diuine fidedignissime precesserunt: que in illo non sicut a patribus adhuc creduntur

Expositio Ca.VI. a Recolam⁹ etiā hoc loco etc. In hoc cap. dicit/ q̄ de romuli credita diuinitate tullius admirat̃/ scilicet in libro tertio de republica. b Min⁹ his sexcentis annis etc. Puto vitiū scriptoris esse: s̄m enim eutropiū cicero consulatū gessit anno ab vrbe condita sexcentesimo octogesimonono: Romul⁹ aūt mortu⁹ est vel ad deos translatus s̄m eūdem/ anno ab vrbe condita xxxix. quib⁹ subtractis a sexcētis octogintanouem remanent sexcenti quinquaginta: qui sunt plures sexcentis/ sed minus septingentis. c Permultis annis ante fuisse homerum q̄ romulū. Fuit eñ homer⁹ s̄m eutropium tempore agrippe filiū regis albanorū: cui successit arenius siluius regnās annis. xix. cui successit auentinus siluius annis. xxxvij. regnans: cui successit procas filius regnās ānis xxiij. huic successit amulius: cui⁹ anno septimo natus est romul⁹: et sic precessit homer⁹ romulum per annos. lxxxij. Itē qd̄ dicit/ d Aliter eam nominādo q̄ roma. Quia romani colebāt eum sub nomine quirini/ sed gētes alie sub noie romuli. ¶ Lupa

Margin: Cicero lib.3. de republica.

implende/sed iam toto mundo demonstrã/
tuc implete. De romulo autem quia condi/
dit romã/in eaq regnauit: auditur/legitur:
non quia factũ est quod ante fuisset ,pphe/
tatum/sed q sit receptus in deos/creditum
tenent littere/nõ factũ docent. Nullis quip
pe rerum mirabiliũ signis id ei vere proue/
nisse monstratur. a Lupa quippe illa fra/
trum duorum nutrix:
quod videt quasi ma/
gnum extitisse porten
tum: q̃le aut quãtũ ẽ
ad demonstrandũ de/
um? Certe eñ et si nõ
meretrix fuit lupa illa
sed bestia: cum fratri/
bus portentũ cõmune
fuerit ambob⁹/frater
tamen eius non habe
tur deus. Quis aũt ,p
hibitus est/aut romu/
lum/aut herculẽ/aut
alios tales homies de
os dicere/et mori ma/
luit q̃ nõ dicere? Aut
vero aliqua gentiũ co
leret iter deos suos ro
mulũ/nisi romani no/

a ¶ Lupa quippe il
la fratrum duorum
nutrix ꝛc. Patuit sup̃
lib. xviij. ca. xxi.

¶ Unde merito

Additio iaco
bi passauantij

¶ In hoc capitulo. vi)
mentionẽ facit expositor de noie romuli dei/
ficati: qui colebat ꝛ ap
pellabatur a romanis
sub nomine q̃rini. Ubi
nota q istud nomẽ sor/
titus est romul⁹ a quo/
dam euentu: Nam fe/
rũt hastam lancee eius
quadam vice in palati/
no monte floruisse. Di
citur autẽ hasta quiris
grece: inde quirin⁹ dici
tur: vnde ꝛ quirites mi
lites hastam portãtes
in bellis dicunt ꝛc.

E minis metus cogeret? Quis porro enume/
ret q̃ multi quãtalibet seuitia crudelitatis
occidi/q̃ christum deum negare maluerũt?
Proinde metus q̃libet leuis indignatiõis/
que ab animis romanorũ si non fieret posse
putabatur existere/compellebat aliquas ci/
uitates positas sub iure romano tanq̃ deũ
colere romulum: a christo autem deo nõ so
lum colendo/verumetiã confitẽdo tantam
per orbem terre martyrum multitudinẽ me
tus vllus aut error reuocare nõ potuit: blã/
ditie nulle/,pmissio nulla demouit: sed nec
facultatum violenta subtractio: nec acerbi
tas vniuersarum variarũq penarum.

Quinta
veritas.

f ¶ Et ipsius mortis/q̃
plus ceteris formida/
tur. Neq tũc ciuitas
christi q̃uis adhuc pe
regrinaretur in terris/
ꝛ haberet tam magno
rum agmina populo/
rum aduersus impios
persecutores suos pro
tẽporali salute pugnauit: sed potius vt ob/
tineret eternam non repugnauit. Ligaban/
tur/includebantur/cedebantur/torqueban
tur/vrebantur/laniabantur/trucidabantur
et multiplicabantur. Non erat eis pro sa/
lute pugnare/nisi salutem pro saluatore cõ/
temnere.

¶ Quinta veritas/q
mors plus ceteris penis
formidatur. Ex quo di/
cto accipitur illud dictũ
vulgarissimũ et philoso
phicum/q mors est vlti
mum terribiliũ: quia in
hoc supplicio amittit to
tale esse: in alijs aũt q̃d/
dam solũ bene esse.

¶ Scio in libro cicero
nis. iij. nisi fallor de re
publica disputari/nul
lũ bellũ suscipi a ciui/
tate optima/nisi aut
,p fide/aut pro salute.
Quid autem dicat ,p
salute/vel itelligi quã
salutem velit: alio lo/
co demonstrãs: s his
penis inq̃t quas etiaz
stultissimi sentiũt ege
state/exilio/vinculis/
verberib⁹ elabunt se/
pe priuati/oblata mor
tis celeritate. Ciuitati
bus autem mors ipsa
pena est: que videtur
a pena singulos vindi
care. Debet eñ consti
tuta sic esse ciuitas/vt
eterna sit. Itaq null⁹
interitus est reipubli/
ce naturalis/vt homi/
nis in quo mors nõ modo necessaria est/ve
rumetiã optanda persepe. Ciuitas aũt cum
tollitur/deletur/extinguitur: simile est quo
dãmodo vt magnis parua conferamus: ac
si omis hic mũdus intereat et cõcidat. Hoc
ideo dixit cicero: quia mundũ non interitu
rum cum platonicis sentit. Constat ergo eũ
pro ea salute bellũ voluisse suscipi a ciuita/
te/qua fit vt maneat hic ciuitas/sicut dicit/
eterna: q̃uis morietibus ꝛ nascẽtib⁹ singu/
lis: sicut perẽnis est opacitas olee vel lauri
atq hmõi ceterarũ arborũ singulorũ lapsu or
tuq foliorũ. Mors quippe vt dicit non ho
minũ singulorũ/sed vniuerse pena est ciui/
tatis: que a pena plerũq singl'os vindicat.
Unde merito queritur/ b
vtrum recte fecerit sa/
guntini quando vni/
uersam suam ciuitatẽ
interire maluerunt/q̃
fidem frangere/qua cum ipsa romana repu
blica tenebantur. In quo suo facto laudan
tur ab omnibus terrene reipublice ciuibus.
Sed hi quomodo huic disputatiõi possent
obedire non video: vbi dicitur nullũ susci/
piendum esse bellum: nisi aut ,p fide/aut ,p
salute. Nec dicitur si in vnum simul pericu/
lum ita duo ista cõcurrerint/vt teneri alteꝝ
sine alterius amissione nõ possit/quid sit po
tius eligendũ? Profecto eñ saguntini si sa
lutẽ eligerẽt: fides eis fuerat deserenda: si fi
des tenẽda/amittẽda vtiq salus: sicut ꝛ fa/
ctum est. Salus autẽ ciuitatis dei talis est:
vt cũ fide ac p fidẽ teneri/vel poti⁹ acquiri

¶ Sexta veritas q̃ sm
ciceronẽ nullum bellum
a ciuitate optima suscipi
debet/nisi ,p fide aut ciui
tatis salute. Et istam ra/
tionem ipse hic declarat
Primo quantũ ad salu/
tem dicit/q salus ciuita
tis est vt eterna perma/
neat: q̃uis ,p eius salute
moriantur laudabiliter
ciues. Secũdo quãtum
ad fidem/vt datam fidẽ
nõ frangat: sicut dat exẽ
plum de saguntinis: qui
maluerũt seipsos cũ sua
ciuitate comburere ,ppt
fidem romanis cõseruã/
dam/q̃ se tradere in ma
nus hãnibalis host' ro/
manorũ. Sed ex istis di/
ctis accipit preclare ciui
le documẽtum/q ciues
optime ciuitatis non de
bent se morti in bello ex/
ponere/nisi ,p defensiõe
ciuitatis/ꝛ ,p seruãda fi
delitate dominis suis: ꝛ
,p istis laudabilr se mor
ti exponunt.

Sexta veritas
Cicero in li. 3.
de republica.

¶ b ¶ Unde meri/
to queritur/vtrũ re
cte fecerint sagunti
ni ꝛc. Vide supra li
bro. iii. ca. xx.

possit: fide aũt pdita ad eã quisq; venire nõ
possit. Que cogitatio firmissimi ac patiẽtis/
simi cordis/ tot ac tãtos martyres fecit: q̃lẽ
ne vnũ quidẽ habuit vel habere potuit: q̃ñ
est deus creditus romulus.

¶ Qr vt mũdus in christũ crederet virtutis fuerit diuine/ nõ persuasionis humane: Ca. VII

Sed valde ridiculũ est: de romuli fal
sa diuinitate cũ de christo loqmur
facere mẽtionẽ. Uerũtamẽ cũ sexcẽ/
Cicero de li. 5. de republica tis ferme annis añ ciceronẽ romulus fuerit:
atq; illa etas iam fuisse doctrinis dicat ex/
culta: vt qd fieri nõ põt omne eludẽs respue
ret: quãto magis post sexcẽtos annos ipsi⁹
tpe Ciceronis maximeq; postea sub augu/
sto atq; tyberio eruditiorib⁹ vtiq; tẽporib⁹/
resurrectionem carnis christi / atq; in celos
ascensionẽ: tanq̃ id qd fieri nõ põt: mens hu
mana ferre nõ posset: eludensq; ab auribus
cordibusq; respueret: nisi eam fieri potuisse/
atq; factũ esse diuinitas ipsius veritatis vł
veritas diuinitatis ꝛ constantia miraculoꝝ
signa mõstrarẽt: vt terrentibus ꝛ cõtradicẽ/
tib⁹ tã multis tãq; magnis psecutionib⁹ p̃ce
dẽs in christo: deinde ad nouũ seculũ in ce/
teris secutura resurrectio atq; imortalitas
carnis ꝛ fidelissime crederet et p̃dicaret in/
trepide: ꝛ p orbẽ terre pullulatura fecũdius
cũ in martyrũ sanguine sereret. Legebant
eñ p̃conia p̃cedẽtiũ pphetarũ: ꝯcurrebant
ostẽta ṽtutũ: ꝛ psuadebat veritas noua cõ/
suetudini/ nõ ꝯtraria rõni: donec orbis terre
q̃ persequebat furore/ psequeret fide.

¶ De miraculis/ que vt mũdus in christũ crederet facta sũt/ et fieri mũdo credẽte nõ desinunt: Ca. VIII

A
Septima veritas.

Cur inquiunt
nũc illa mira/
cula q̃ p̃dica/
tis facta esse nõ fiũt?
Possem quidẽ dice/
re necessaria fuisse p̃/
usq; crederet mũdus:

¶ Septima veritas/ q cũ
querit a fidelib⁹/ cur non
fiũt modo talia miracula
q̃lia iã facta p̃dicam⁹: pos
sum⁹ eis respõdere/ q tũc
fuit necesse anteq̃ crede/
ret mundus ꝛ non postq̃
credidit.

ad hoc vt crederet mundus. Quisquis ad/
huc prodigia vt credat inquirit: magnũ est
ipse pdigiũ qui mũdo credente non credit.
Uerũ hoc ideo dicũt: vt nec tũc illa miracu
la facta fuisse credant. Unde ergo tanta fi/
de christus vsq;quaq; cantat in celũ cũ car
ne sublatus? Uñ tẽporib⁹ eruditis: ꝛ omne
qd fieri non põt respuentib⁹/ sine vllis mira/
culis nimium mirabiliter incredibilia credi
dit mũdus? An forte credibilia fuisse: ꝛ ido
credita esse dicturi sunt? Cur ergo ipsi non
credunt? Breuis est igitur nostra cõplexio.
Aut incredibili rei/ que non videbatur: alia
incredibilia que tamen fiebant ꝛ videbant

fecerũt fidem: aut certe ita credibilis vt nul
lis quibus persuaderetur miraculis indige/
ret: istorum nimiam redarguit infidelitatẽ?
Hoc ad refellendos vanissimos dixerim:
Nã facta esse multa miracula/ que attesta/ B
rent illi vni grandi salubriq; miraculo quo
christus in celum cum carne qua resurrexit
ascendit/ negare non possumus. In eisdem
quippe veracissimis libris cuncta cõscripta
sunt/ ꝛ que facta sunt/ et ppter qd credendũ
facta sunt. Hec vt fidẽ facerẽt innotuerunt:
hec per fidem quam fecerunt multo clarius
innotescunt. Legunt quippe in populis vt
credant: nec in populis tamen/ nisi credita
legerent. Nam etiam nũc fiunt miracula in
eius nomine: siue per sacramenta eius/ siue
per orationes/ vel memorias sanctoꝝ eius:
sed non eadem claritate illustrant: vt tan/
ta quanta illa gloria diffament. Canon q̃p/
pe sacrarũ litterarum quẽ † diffamatum esse Al. † diffinitũ
oportebat/ illa facit vbiq; recitari ꝛ memo/
rie cunctorum inherere populorum: hec au
tem vbicunq; fiunt ibi sciuntur: vix a tota
ipsa ciuitate vel quocũq; cõmanentium lo/
co. Nam plerũq; etiam ipsi paucissimi sci/
unt: ignorãtibus ceteris: maxime si magna
sit ciuitas: ꝛ quãdo alibi alijsq; narrant: nõ
tanta ea cõmendat auctoritas vt sine diffi/
cultate vel dubitatione credant: q̃uis chri/
stianis fidelibus a fidelibus indicent. Mi/ C
raculum quod mediolani factum est cum il
lic essemus / quando illuminatus est cecus
ad multorum noticiam potuit peruenire:
quia ꝛ grandis est ciuitas: ꝛ ibi erat tũc im/
perator: ꝛ immẽso populo teste res gesta ẽ
cõcurrẽte ad corpa martyrũ ptasij ꝛ gerua/
sij. Que cũ laterẽt ꝛ penit⁹ nescirent: epo am
brosio p somniũ reuelata repta sunt: vbi ce/
cus ille depulsis veterib⁹ tenebris diẽ vidit.
Apud carthaginẽ aũt qs nouit/ p̃ter admo/ D
dum paucissimos/ salutẽ q̃ facta est innocẽ/
tio ex aduocato vicarie prefecture: vbi nos
interfuimus ꝛ oculis aspexim⁹ nostris? Ue
nientes eñ de trãsmarinis/ me ꝛ fratrẽ meũ
alippiũ/ nondũ quidẽ clericos sed iam deo
seruientes: vt erat cũ tota domo sua religi/
osissimus ipse susceperat: ꝛ apud eũ tũc ha/
bitabamus: curabat a medicis ppter fistu/
las q̃s innumerosas atq; perplexas habuit
in posteriore atq; ima corpis parte. Iã secu
erant eum/ ꝛ artis sue cetera medicamentis
agebãt. Passus aũt fuerat in sectione illa ꝛ
diuturnos ꝛ acerbos dolores. Sed vn⁹ in/
ter multos sinus fefellerat medicos: atq; ita
latuerat: vt eum non tangerent: quem ferro
aperire deberent. Deniq; sanatis omnibus
que aperta curabant: iste remanserat solus:
cui frustra impẽdebat labor. Quas moras

ille suspectas habēs/multūq; formidans ne
iterū secaret: qđ ei ꝓdixerat aliꝰ medicꝰ do/
mesticꝰ eiꝰ/quē nō admiserāt illi: vt saltē vi/
deret cū primū sectus est quō id facerēt: ira/
tusq; illū domo abiecerat: vixq; receperat:
erupit atq; ait: Iterū me secturi estis? Ad il/
lius quē noluistis eē ꝑsentē vba vēturꝰ sū.
Irridere illi medicū imperitū ceperūt: metū
q; hoīs bonis vbis ꝓmissionibusq; leuire.
Preterierūt ⁊ alij dies plurimi: nihilq; ꝓfici
ebat oīne qđ fiebat: Medici tū in sua polli/
citatione ꝑsistebāt: non se illū sinū ferro/ sed
medicamentis esse clausuros. Adhibuerūt
et aliū grādeuū iā medicū: satisq; in illa ar/
te laudatū: adhuc enim viuebat: ammoniū
dico: q̄ loco inspecto idē qđ illi eoꝝ diligen
tia peritiaq; ꝓmisit. Cuiꝰ ille factꝰ auctorita
te securus: domestico suo medico/ q̄ futurā
ꝓdixerat aliā sectionē faceta hilaritate: ve/
lut iā saluꝰ illusit. Quid plura? Postea tot
dies inaniter ꝯsumpti trāsierūt: vt fessi atq;
confusi faterent̄ eū nisi ferro nullo mō posse
sanari. Expauit: expalluit nimio timore tur
batus: atq; vbi se collegit: fariq; potuit: abi
re illos iussit: ⁊ ad se amplius non accedere
impauit: nec aliud occurrit fatigato lachry
mis ⁊ illa iā necessitate cōstricto/ nisi vt ad/
hiberet alexādrinū quēdā q̄ tūc chirurgus
mirabilis habebat̄: vt ip̄e faceret qđ ab illis
fieri nolebat iratus. Sed postea q̄ȝ venit il/
le: laborēq; illoꝝ i cicatricibꝰ sicut artifex vi
dit: boni viri functus officio: ꝑsuasit homi/
ni: vt illi potius q̄ in eo tantū laborauerunt
quantū ipse inspiciens mirabat̄/ curationis
sue fine fruerent̄: adijciēs ꝙ reuera nisi sectꝰ
esset saluꝰ esse nō posset. Sȝ valde abhorre/
re a suis moribꝰ: vt hoibus quorū artificio/
sissimā operā/industriā/diligentiā admirās
in cicatricibus eiꝰ videret: ꝓpter exiguū qđ
remāsit: palmā tāti laboris auferret. Red/
diti sunt animo eiꝰ: ⁊ placuit vt eodē alexā/
drino assistēte ipsi sinū illū ferro/ q̄ iam con
sensu oīm aliter insanabilis putabat̄/aperi/
rēt. Que res dilata est in cōsequentē diem.
Sed cum abijssent illi: ex merore nimio dñi
tantꝰ est in domo illa exortus dolor/vt tāq̄ȝ
funeris plāctus vix cōprimeret̄ a nob. Visi/
tabāt eū q̄tidie sancti viri: ep̄s tūc vȝalēsis/
beate memorie saturninꝰ ⁊ ꝑsbyter gelosus:
ac diaconi carthaginēsis ecclesie. In quibꝰ
erat: ⁊ ex quibꝰ solus est nūc in rebus huma
nis iā ep̄us cū honore a nobis debito nomi
nandus aurelius: cū quo recordātes mira/
bilia opa dei/de hac re sepe collocuti sumꝰ:
eūq; valde meminisse qđ cōmemoramꝰ in/
uenimus. Qui cū eū sicut solebant vespere
visitarent: rogauit eos miserabilibꝰ lachry/
mis/vt mane dignarent̄ esse ꝑsentes suo fu/
neri potiꝰ q̄ȝ dolori. Tātus eni eū metus ex
prioribꝰ inuaserat penis: vt se inter medico
rū manus nō dubitaret esse moriturū. Con/
solati sunt eū illi ⁊ hortati vt in deo fideret:
eiusq; volūtatē viriliter ferret. Inde ad ora
tionē ingressi sumꝰ. Ubi nobis ex more ge/
nua figētibus atq; incumbētibꝰ terre: ille se
ita ꝓiecit tāq̄ȝ fuisset aliq̄ impellēte grauit̄
ꝓstratꝰ: ⁊ cepit orare. Quibꝰ modis q̄ affe/
ctu/q̄ motu animi/q̄ fluuio lachrymarū/ q̄/
bus gemitibꝰ atq; singultibꝰ succutiētibus
oia mēbra eiꝰ ⁊ pene intercludētibꝰ spm̄ q̄s
vllis explicet vbis? Utrū orarēt alij: nec in
hec eoꝝ auerteret̄ intētio/nesciebā. Ego tñ
ꝓrsus orare nil poterā: h̄ tm̄mō breuiter in
corde meo dixi: Dñe q̄s tuoꝝ p̄ces exaudis
si has nō exaudis? Nihil eni mihi videbat̄
addi iā posse: nisi vt expiraret orādo. Sur/
reximꝰ: ⁊ accepta ab ep̄o bñdictiōe discessi/
mus: rogāte illo vt mane adessent: illisq; vt
equo aīo eēt hortātibꝰ. Illuxit dies q̄ metu
ebat̄: aderāt serui dei sicut se affuturos esse
ꝓmiserāt. Ingressi sunt medici: parant̄ oia
q̄ hora illa poscebat: tremēda ferramēta ꝓ/
ferunt̄: attonitis suspēsisq; omibꝰ. Eis autē
quoꝝ erat maior auctoritas/ defectū animi
eiꝰ cōsolādo erigētibꝰ: ad manꝰ secturi mē/
bra in lectulo cōponunt̄: soluunt̄ nodi liga
mentoꝝ: nudatur locus: inspicit medicus: ⁊
secandū illū sinū armatus atq; intētus inq̄
rit. Scrutat̄ oculis: digitisq; cōtrectat. Tē/
ptat deniq; modis oibꝰ: inuenit firmissimā
cicatricē. Iam illa leticie laus atq; gratiarū
actio misericordi ⁊ omipotēti deo q̄ fusa est
ore oīm lachrymātibus gaudijs/ non est cō
mittēda meis vbis: cogitet̄ potius q̄ȝ dica/
tur. In eadē carthagine innocētia religio/
sissima femina de primarijs ipsius ciuitatis
in māmilla cancrū habebat:

¶ Rem sicut medici
dicunt nullis medica/
mētis sanabilē. Aut q̄
ꝑscidi solet ⁊ a corpore
separi membrū vbi na/
scitur: aut vt aliquāto
hō dētius viuat fomē/
tis est pestis mitigāda frequētibꝰ. Nā vt in/
de mortē quātūlibet tardius affuturā cōsi/
damꝰ/ſm hippocratis vt fert̄ sententiā: ois
est omittēda curatio. Hoc illa a perito me/
dico ⁊ sue domui familiarissimo acceperat:
et ad solū deū se orādo cōuerterat:

¶ Octaua Vitas/ ꝙ vt dicūt medici/ cancer est morbus incurabilis: vt dicit indē hippocrates: vt fert̄ oēm ibi omittendā esse curationē. Istū morbū vocāt in vulgo/ noli me tangere. — Octaua Vitas

¶ Admonet̄ in somnis
appropinquāte pascha:
vt i parte feminarū ob/
seruāti ad baptisteriū:
quecūq; illi baptiçata
ꝑmitus occurrisset / si/

¶ Nona veritas/ ꝙ baptismꝰ habuit efficaciā tpe btī augꝰ. ad infirmitates corpales plerūq; curādas: sicut ōndit b multis exēplis ⁊ miraculis tpe suo factis. — Nona Vitas

gnaret ei locum signo crucis christi: fecit/ et
confestim sanitas secuta est. Medicus sa/
ne qui ei dixerat/ vt nihil curatiõis adhibe/
ret/ si paulo diutius vellet viuere: cũ inspe/
xisset eam postea ⁊ sanissimam compenisset
quam prius habere illud malum tali inspe/
ctione cognouerat: quesiuit ab ea vehemẽ/
ter/ quid adhibuisset curationis: cupiẽs q̃n
tũ intelligi datur nosse medicamentũ: quo
hippocratis definitio vinceret. Cũq; ab ea
quid factũ esset audisset: voce velut contẽ/
nentis ⁊ vultu: ita vt illa metueret ne aliq̃d
contumeliosum verbũ proferret in christũ:
religiosa vrbanitate respondisse fertur: pu/
tabam inquit magnũ aliquid te mihi fuisse
dicturam. Atq; illa iam exhorrescente mox
Joh.xi.f. addidit. Quid grãde fecit christus sanare
cancrũ: qui quatriduanũ mortuum suscita/
uit? Hoc ergo cum audissem ⁊ vehementer
stomacharer: in illa ciuitate atq; in illa per/
sona nõ vtiq; obscure factũ tam ingens mi
raculum sic latere: hinc eam ⁊ admonendã
⁊ pene obiurgandã putaui. Que cum mihi
respondisset nõ se inde tacuisse: quesiui ab
eis quas forte tunc matronas amicissimas
secum habebat: vtrũ hoc antea scissent? Re
sponderũt se omnino nescisse. Ecce inquam
quomodo nõ taces: vt nec iste audeãt que
tibi tanta familiaritate iungũtur? Et quia
breuiter ab ea quesiuerã: feci vt illis audiẽ/
tibus multũq; mirãtibus ⁊ glorificantibus
deum/ totũ ex ordine queadmodũ gestum
F fuerit indicaret. Mendicũ quendam poda
gricũ in eadem vrbe: qui cũ dedisset nomen
ad baptismum: et pridie q̃ baptizaretur/ in
somnis a pueris nigris curatis: quos intelli
gebat demones esse/ baptizari eodẽ anno p
hibitus fuisset: eisq; nõ obtemperãs/ etiã cõ
culcantibus pedes eius in dolorẽ acerrimũ
qualẽ nunq̃ expertus est/ estuasset: magisq;
eos vincens lauacro regeneratiõis vt voue
rat ablui non distulisset: in baptismate ipso
non solum dolore/ quo vltra solitum crucia
batur/ verũetiam podagra caruisse: nec am
pli⁹ postea q̃diu vixisset pedes doluisse q̃s
nouit? Nos tamen nouim⁹ ⁊ paucissimi fra
tres ad quos id potuit peruenire e vicino.
G Quidã curubitanus non solum a paralysi/
verũetiã ab informi põdere genitaliũ cum
baptizaretur saluus effectus est: et liberat⁹
vtraq; molestia: tanq̃ mali nihil habuisset
in corpore: de fonte regeneratiõis ascendit
Quis hoc preter curubitani nouit: et p̃ter
rarissimos aliquos qui hoc vbicũq; audire
potuerunt? Nos autẽ cum hoc comperisse
mus/ iubente sancto episcopo aurelio etiã
vt veniret carthaginem fecimus: q̃uis a ta

libus prius audierimus: de quorũ fide dubi
tare non possemus. Vir tribunitius hespe/ H
rius qui apud nos est/ habet i territorio fus
salensi fundum zubedi appellatum: vbi cũ
afflictione animalium et seruorum suorum
domum suam spirituum malignorum vim
noxiam perpeti cõperisset: rogauit nostros
me absente presbyteros/ vt aliquis eorum il
lo pergeret: cuius orationib⁹ cederent. Per
rexit vnus: obtulit ibi sacrificium corporis
christi: orans quantum potuit vt cessaret il
la vexatio: deoq; protinus miserante cessa/
uit. Acceperat autem ab amico suo terram
sanctam de hierosolymis allatam: vbi se/
pultus christus die tertio resurrexit: eamq;
suspenderat in cubiculo suo: ne quid mali
etiam ipse pateretur. At vbi domus eius ab
illa infestatione purgata est: quid de illa ter
ra fieret cogitabat: quam diutius in cubicu
lo suo reuerentie causa habere nolebat. For
te accidit vt ego et collega tunc meus epi/
scopus synicensis ecclesie maximus in pro/
ximo essemus: vt veniremus rogauit: et ve/
nimus. Cumq; nobis omnia retulisset: etiã
hoc petiuit vt infoderet alicubi: atq; ibi ora
tionum locus fieret: vbi etiam possent chri
stiani ad celebranda que dei sunt cõgrega/
ri. Non restitimus: factũ est. Erat ibi iuue/
nis paralyticus rustican⁹: qui hoc audito/
petiuit a parentibus suis/ vt illũ ad eum lo/
cum sanctũ non cunctanter afferrent. Quo
cũ fuisset allatus/ orauit: atq; inde cõtinuo
pedib⁹ suis sanus abscessit. Victoriana vil I
la dicitur: que ab hippone regio minus tri/ Alio regione
ginta milib⁹ abest. Memoria martyrũ ibi est
mediolanensiũ geruasij et protasij: portat⁹
est illo quidam adolescẽs: qui cum die me/
dio tempore estatis equum ablueret in flu/
minis gurgite/ demonem incurrit. Ibi cum
iaceret vel morti proximus vel simillimus
mortuo: ad vespertinos illuc hymnos ⁊ ora/
tiones cum ancillis suis/ et quibusdam san
ctimonialibus ex more domina possessiõis
intrauit: atq; hymnos cantare ceperunt.
Qua voce ille quasi percussus/ excussus est
et cum terribili fremitu altare comprehen/
sum mouere non audens/ siue non valens:
tanq̃ eo fuerit alligat⁹ aut affixus/ tenebat:
et cum grandi eiulatu parci sibi rogans: cõ
fitebatur vbi adolescentem/ et quando et
quomodo inuaserit. Postremo se exiturũ
esse denuncians/ membra eius singula nomi
nabat: que se amputaturũ exiens minabat:
atq; inter hec verba discessit ab homine. Sed
oculus eius in maxillam fusus/ tenui venu/
la ab interiore quasi radice pendebat: to/
tũq; eius medium quod nigellum fuerat/ al

bicauerat. Quo viso qui aderant: concurre
rant autem etiam alij / vocibus eius acciti:
et se omnes in orationē pro illo strauerant:
q̄uis eum sana mente stare gauderent: rur/
sus tamen ꝓpter oculum eius contristati:
medicū querendū esse dicebāt. Ibi maritus
sororis eius qui eum illo detulerat: potens
est inquit deus sanctorum orationibus qui
fugauit demonem / lumen ei reddere. Tunc
sicut potuit oculum lapsum atq̄ pendentē/
loco suo reuocatum ligauit oratio: nec nisi
post septem dies putauit esse soluendū. Qd
cum fecisset: sanissimū inuenit. Sanati sunt
illic et alij duo: de quibus dicere longū est.
K Hipponēsem quandā virginem scio cum se
oleo peruntisset / cui pro illa orās presbyter
instillauerat lachrymas suas: mox a demo/
nio fuisse sanatam. Scio etiam episcopum
semel pro adolescente / quem a demonio cor
reptum vidit / orasse: illūq̄ ilico demone ca/
ruisse. Erat quidam senex florentius hippo
nensis noster homo religiosus et pauper: q̄
sartoris se arte pascebat: casulam perdide/
rat: ⁊ vnde sibi emeret non habebat: ad .xx.
martyres quoꝝ memoria apud nos est cele/
berrima / clara voce vt vestiret orauit. Au/
dierunt eum adolescentes qui forte aderāt
irrisores: eūq̄ discedentē exagitantes ꝓse/
quebant: quasi qui a martyribus quinqua/
genos folles vnde vestimentū emeret peti/
uisset. At ille tacitus ambulans eiectū gran
dem piscem palpitantē vidit in littore: eūq̄
illis fauentibus atq̄ adiuuantibus appre/
hendit: ⁊ cuidā coco cartoso noīe bene chri
stiano ad coquinā conditariā: indicans q̄d
gestum sit: trecentis follibus vendidit: lanā
comparare inde disponēs vt vxor eius quō
posset ei quo indueret efficeret. Sed cocus
cōscidens piscē annulū aureū in ventriculo
eius inuenit: moxq̄ miseratione flexus ⁊ re/
ligione perterritus: homini eū reddidit di/
cens: Ecce quō te .xx. martyres vestierunt.
L Ad aquas tibilitanas epō afferente / proie/
cto / reliquias martyris gloriosissimi stepha
ni: ad eius memoriā veniebāt magne multi
tudinis cōcursus ⁊ occursus. Ibi ceca mu/
lier vt ad epm portantē pignora sacra duce
ret / orauit: flores quos ferebat dedit: rece/
pit: oculis admouit: ꝓtinus vidit. Stupen
tibus cunctis qui aderāt: ꝑgebat exultās / viā
carpens: ⁊ vie ducē vlterius non requirens.
Memorati memoriam martyris / que posi/
ta est in castello synicēsi: qd̄ hipponensi co/
lonie vicinū est: eiusdē loci lucillus epūs po/
pulo p̄cedēte atq̄ sequente in manu porta/
bat: fistula / cuius molestia iam diu labora/
uerat / ⁊ familiarissimi sui medici qui eā seca
re vellet / operiebat manus illius pie sarci/

ne vectatione / vbi sanctas attigit reliquias
repente sanata est: Nā deinceps eam in suo
corpore non inuenit. Eucharius p̄sbyter ex
hispania chalame habitans / veteri morbo
calculi laborabat: per memoriā supradicti
sancti martyris: quā possidius illo aduexit
epūs: saluus factus est. Idē ipe postea mor
bo alio p̄ualescente mortuus sic iacebat: vt
ei iam pollices ligarent: opitulatione me/
morati martyris / cum de memoria eius re/
portata fuisset: ⁊ super iacētis corpus missa
ipsius presbyteri tunica / suscitatus est. Fuit M
ibi vir in ordine suo primarius noīe marci/
alis: euo iam grauis: et multum a religione
abhorrēs christiana. Habebat sane fidelem
filiā: ⁊ generū eodē anno baptizatum. Qui
cum eū egrotantē multis ⁊ magnis p̄cibus
et lachrymis rogarent vt christianus fieret:
prorsus abnuit: eosq̄ a se turbida indigna/
tione submouit. Visum est genero eius / vt
iret ad memoriā sancti stephani: et illic pro
eo quantū posset oraret vt de⁹ illi daret mē
tem bonā qua credere non differret in chri/
stum. Fecit hoc ingenti gemitu ⁊ fletu: ⁊ sin
ceriter ardēte pietatis affectu. Deinde ab/
scedens aliq̄d de altari florū qd̄ occurrit tu
lit: eiq̄ cū iā nox esset ad caput posuit. Tūc
dormitū ē: ⁊ ecce ante diluculū clamat vt
ad epm curreret: qui mecum forte tunc erat
apud hipponē. Cum vero eū audisset absen/
tem: venire p̄sbyteros postulauit. Venerūt:
et statim credere se dixit: admirātibus atq̄
gaudentibus omnibus baptizatus est. Hoc
q̄diu vixit in ore habebat: Christe accipe Act. 7.
spiritum meū: cum hec verba beatissimi ste
phani q̄n lapidatus est a iudeis vltima fuis
se nesciret: que huic q̄q̄ vltima fuerūt. Nā
non multo post etiā ipse defunctus est. Sa/
nati sunt illic p eundē martyrē etiā tres po/
dagrici: duo ciues: peregrinus vn⁹. Sed ci/
ues oīmodo: peregrinus aūt per reuelatio/
nem quid adhiberet / q̄n doleret audiuit: et
cū hoc fecisset / dolor continuo conquieuit.
Audurus nomen est fundi: vbi ecclesia est/
et in ea memoria stephani martyris: Pue/ N
rum quendā paruulū cum in area luderet:
exorbitātes boues qui vehiculū trahebāt/
rota obtriuerūt: ⁊ cōfestim palpitauit expi/
rans. Hunc mater arreptū ad eandē memo/
riā posuit: ⁊ nō solū reuixit / verūetiā illesus
apparuit. Sanctimonialis quedam in vici/
na possessione: q̄ caspaliana dicit: cū egritu
dine laboraret ac desperaret: ad eandē me/
moriā tunica eius allata est: que anteq̄ re/
uocaret illa defuncta est. Hac tamē tunica
operuerūt cadauer eius parentes: ⁊ recepto O
spiritu salua facta est. Apud hipponē bassus
quidā syrus ad memoriā eiusdem martyris

orabat pro ęgrotāte et periclitāte filia: eo q̄
secū vestem eius detulerat: cū ecce pueri de
domo cucurrerūt: qui ei mortuā nūciarent.
Sed cum orante illo ab amicis eius excipe/
rent: p̄hibuerunt eos illi dicere: ne p̄ publi/
cum plangeret. Qui cum domū redisset / iā
suorū eiulatibus personantē: et vestem filię
quā ferebat sup eā p̄iecisset: rursus reddita
est vitę. Rursus ibidem apud nos hyrenei
cuiusdam collectary filius ęgritudine extin
ctus est. Cūq̄ corpus iaceret exanime atq̄
aliis gementibus τ plāgentibus exequię pa
rarent: amicorū eius quidā inter aliorū cōso/
lantiū verba suggessit: vt eiusdē martyris
oleo corpus perungeret. Factum est: τ reui/
xit. Itēq̄ apud nos vir tribunitius eleusin⁹
super memoriā martyrū: quę in suburbano
eius est: ęgritudine exanimatū posuit infan
tulum filiū suū: τ post orationē: quā multis
cum lachrymis ibi fudit: viuentem leuauit.
P Quid faciā? Urget huius operis implēda
p̄missio: vt nō hic possim oīa cōmemorare
quę scio: τ p̄culdubio plerīq̄ nostrorū cum
hęc legent / dolebūt me tam multa p̄termis/
se: q̄ vtiq̄ mecū sciūt. Quos iā nūc vt igno/
scant rogo: τ cogitēt q̄ p̄lixi laboris sit fa/
cere / qd̄ me hic nō facere suscepti operis ne/
cessitas cogit. Si eñ miracula sanitatū (vt
alia taceā) ea tantūmodo velim scribere: q̄
per hūc martyrē: id est gloriosissimū stepha
num facta sunt in colonia chalamensi et in
nostra / plurimi conficiendi sunt libri: nec tñ
oīa colligi potuerūt: sed tm̄ de quibus libel
li dati sunt: qui recitarentur in populis. Id
nāq̄ fieri voluimus / cum videremus anti/
quis similia diuinarū signa virtutū etiā no
stris temporibus frequētari: τ ea nō debere
multorū noticię deperire. Nondū est autem
bienniū ex quo apud hipponē regium cępit
esse ista memoria: τ multis: qd̄ nobis certis/
simū est: non datis libellis / de his quę mira
biliter facta sunt: illi ipi qui dati sunt ad se/
ptuaginta ferme numerū p̄uenerant / qñ ista
cōscripsi. Chalamę vo / vbi et ipsa memoria
prius esse cępit / τ crebrius dant: incōparabi
Q li multitudine superant. Uzali etiā: q̄ colo/
nia vticę vicina est: multa p̄clara per eundē
martyrē facta cognouimus: cui⁹ ibi memo/
ria longe priusq̄ apud nos ab ep̄o euodio
constituta est: sed libellorū dandorū ibi cō/
suetudo non est: vel potius non fuit: nā for/
tasse nunc esse iam cępit. Cum eñ nup illic
essemus: petroniā clarissimā feminā: quę ibi
mirabiliter ex magno atq̄ diuturno in quo
medicorū adiutoria cūcta defecerāt / lāguo/
re sanata est: hortati sumus volēte supradi
cti loci ep̄o / vt libellū daret qui recitaret in
populo: τ obedientissime paruit. In quo po/

suit etiā qd̄ hic reticere nō possum: q̄uis ad
ea q̄ hoc opus vrgent festinare cōpellar. A
quodā iudeo dixit sibi fuisse p̄suasum vt an
nulū capillatio vinculo insereret: quo sub
omni veste ad nuda corporis cingeret: q̄ an/
nulus haberet sub gemma lapidē in renib⁹
inuentū bouis. Hoc alligata quasi remedio
ad sancti martyris limina veniebat. Sed
profecta a carthagine cū in confinio flumi/
nis bagrade in sua possessione mānsisset: sur/
gēs vt iter perageret: ante pedes suos illum
iacentē annulū vidit: τ capillatiā zonā qua
fuerat alligat⁹ / mirata tēptauit. Quā cum
oīno suis nodis firmissimis / sicut erat cōpe/
risset astrictam / crepuisse atq̄ exiluisse annu/
lum suspicata est. Qui etiam ipse cum inte/
gerrimus fuisset inuētus / futurę salutis quo
dāmodo pignus de tanto miraculo se acce/
pisse p̄sumpsit: atq̄ illud vinculū soluēs: si/
mul cū eodē annulo p̄iecit in flumen. Non
credunt hoc qui etiā dñm nostrū iesum chri
stum per integra virginalia matris exitum
et ad discipulos suos hostijs clausis ingres/ Joh. 20. c.
sum fuisse non credūt. Sed hoc certe q̄rāt:
et si verū inuenerint illa credant. Clarissima
femina est: nobiliter nata / nobiliter nupta /
carthagine habitabat: ampla ciuitas: am/
pla persona: rem quęrētes latere nō sinunt.
Martyr certe ipse: quo impetrante illa sa/ R
nata est: in filiū permanentis virginis credi
dit: in eum qui hostijs clausis ad discipulos
ingressus est / credidit. Postremo / p̄pter qd̄
oīa ista dicunt a nobis: in eū q̄ ascēdit in ce Marc. 16
lum cū carne in q̄ resurrexerat credidit: et iō Act. 1.
per eū tāta fiūt: q2 pro ista fide aīam posuit.
Fiūt ergo etiā nūc multa miracula: eodem
deo faciēte per q̄s vult: τ quēadmodū vult:
qui τ illa q̄ legimus fecit: sed ista nec simili/
ter innotescunt: neq̄ vt nō excidant animo /
quasi clara memorię crebra lectione tēdun/
tur. Nam τ vbi diligētia est: q̄ nūc apd̄ nos
esse cępit: vt libelli eorū q̄ beneficia percipi/
unt recitent in pp̄lo: semel hoc audiunt qui
assunt: pluresq̄ nō assunt: vt nec illi q̄ affue/
runt post aliquot dies qd̄ audierūt mēte re/
tineāt: τ vix quisq̄ reperiat illorū q̄ ei quem
nō affuisse cognouerit / indicet qd̄ audiuit. S
Unū est apud nos factū: nō maius q̄ illa q̄ De h vide i
dixi: sed tam clarum atq̄ illustre miraculū / sermonib⁹ Augustini de sancto Stephano
vt nullū arbitrer esse hipponensium qui hoc
vel nō viderit vel didicerit: nullum qui ob/
liuisci vlla ratione potuerit. Decem quidē
fratres / quorum septem sunt mares: tres fe/
minę de cesarea cappadocię suorum ciui/
um nō ignobiles: maledicto matris recen/
ti patris eorum obitu destitutę: quę iniu/
riam sibi ab eis factam acerbissime tulit: ta/
li pęna sunt diuinitus coerciti: vt horribi/

liter quaterent̄ oēs tremore mēbrorū. In q̄
fedissima specie oculos suoꝝ ciuiū nō feren
tes: quaquauersum cuiq; ire visum est. toto
pene vagabāt̄ orbe romano. Ex his eīm ad
nos venerūt duo: frater ꝛ soror: paul⁹ ꝛ pal/
ladia: multis alijs locis miseria diffamante
iam cogniti. Venerunt aūt ante pascha fer/
me dies quindecim: ꝛ ecclesiā q̄tidie ingre/
dientes/ in ea memoriā gloriosissimi marty
ris stephani frequētabāt: orantes vt iam si/
bi placaret̄ deus: ꝛ salutē pristinā redderet.
Et illic/ et quocūq; ibant: conuertebāt in se
ciuitatis aspectū. Et nōnulli q̄ eos alibi vi/
derāt causamq; tremoris eoꝝ nouerāt: alijs
et cuicūq; poterāt indicabant. Venit ꝛ pa/
scha: atq; ipso die dn̄ico mane cum iam fre/
quēs pp̄ls p̄sens esset: ꝛ loci sancti cācellos/
vbi martyrū erat idē iuuenis orās teneret:
repente ꝓstratus est: ꝛ dormiēti simillimus
iacuit: nō tamē tremēs sicut etiā ꝑ somnum
solebat: stupentib⁹ qui aderāt atq; alijs pa/
uentibus/ alijs dolentibus: cū eū quidā vel/
lent erigere: nōnulli ꝓhibuerūt/ sed potius
exitū expectandū esse dixerūt. Et ecce surre
xit ꝛ nō tremebat: qm̄ sanatus erat: ꝛ stabat
incolumis intuēs intuētes. Quis ergo intu
entium se tenuit a laudibus dei? Clamanti/
um gratulātiūq; vocibus eccl̄ia vsquequaq;
cōpleta est. Inde ad me currit̄/ vbi sedebā
iam ꝓcessurus. Irruit alter quisq; post alte
rum: ōis posterior quasi nouū qđ alius pri/
or dixerat nunciantes. Meq; gaudente: et
apud me deo gratias agēte: ingredit̄ etiam
ip̄e cū pluribus: inclinat̄ ad genua mea: eri/
gitur ad osculū meum. Procedimus ad po
pulum: plena erat ecclesia: ꝑsonabat voci/
bus gaudiorū: deo gratias: deo laudes: ne/
mine tacente: hinc atq; inde clamantium.
Salutaui pp̄lm: ꝛ rursus eadem feruentiore
voce clamabant. Facto tandē silentio scri/
pturarū diuinarū sunt lecta solennia. Vbi
autem ventū est ad mei sermonis locū: dixi
pauca pro t̄pe: ꝛ pro illius iocunditate leti/
cie. Magis eīm eos in opere diuino: quādā
dei eloquentiā nō audire/ sed ꝯsiderare ꝑmi
si. Nobiscum hō prandit/ ꝛ diligēter nobis
oēm sue ac materne fraterneq; calamitatis
T indicauit historiam. Sequēti itaq; die post
sermonē redditum: narrationis eius libellū
in crastinū pp̄lo recitandū ꝓmisi. Qđ cum
et dn̄ico pasche die tertio fieret in gradib⁹
exedre in qua de superiore loquebar loco: fe
ci stare ambos fratres/ cū eoꝝ legeret̄ libel/
lus. Intuebat̄ pp̄ls vniuersus sex⁹ vtriusq;
vnū stantē sine deformi motu: alterā mem/
bris oībus cōtrementē. Et q̄ ip̄m non vide/
rāt: qđ in eo diuine misericordie factū esset/
in eius sorore cernebant. Videbant eīm qđ
in illo gratulandū: quid pro illa esset oran/
dum. Inter hec recitato eorum libello/ de V
cōspectu populi abire eos p̄cepi: ꝛ de tota
ipsa causa aliquāto diligentius cepерā dis/
putare: cum ecce me disputante voces alie
de memoria martyris noue gratulationis
audiunt̄: conuersi sunt eo qui me audiebāt/
ceperuntq; cōcurrere. Illa enim vbi de gra/
dibus descendit in quibus steterat/ ad san/
ctum martyrem orare perrexerat. Que mox
vt cancellos attigit/ collapsa similiter velut
frater eius post somnū sana surrexit. Dum
ergo requireremus quid factū fuerit: vnde
ille strepitus letus extiterit: ingressi sunt cū
illa in basilicā vbi eramus adducentes eam
sanam de martyris loco. Tum vero tantus
ab vtroq; sexu admirationis clamor exor/
tus est: vt vox cōtinuata cū lachrymis non
videretur posse finiri. Perducta est ad eum
locum vbi pauloante steterat tremēs. Exul
tabant eam similem fratri factā cui dolue/
rant remansisse dissimilem. Et nondū fusas
preces suas pro illa: iam tamē p̄uiā volun
tatem tam cito exauditam esse cernebant.
Exultabant in dei laudem voce sine verbis
tanto sonitu: quantū aures nostre ferre vix
possent. Quid erat in cordibus exultantiū/
nisi fides christi/ pro qua stephani sanguis
effusus est?

¶ Qđ vniuersa miracula que ꝑ mar/
tyres in christi nomine fiūt/ ei fidei
testimoniū ferāt/ qua in christū mar
tyres crediderunt: Ca. IX

Qui nisi huic fidei attestantur ista mi A
racula: in qua predicatur christus re
surrexisse in carne: et in celum ascen/
disse cum carne? Nā ꝛ ipsi martyres huius
fidei martyres: id est huius fidei testes fue/
runt: huic fidei testimoniū perhibentes: mū
dum inimicissimum ꝛ crudelissimum pertu
lerunt: cūq; non repugnādo/ sed moriendo
vicerūt. Pro ista fide mortui sunt: qui hec a
dn̄o impetrare possunt: ꝓpter cuius nomen
occisi sunt. Pro hac fide precessit eorū mira
patientia: vt in his miraculis tanta ista po/
tentia sequeret̄. Nam si carnis in eternū re/
surrectio/ vel non preuenit in christo/ vel nō
ventura est sicut prenunciatur a christo/ vel
sicut prenunciata est a prophetis: a quibus
prenunciatus est christus: quare martyres
tanta possunt: qui pro ea fide qua hec resur/
rectio predicatur occisi sunt? Siue eīm de⁹ B
ipse per seipsum miro modo quo res tempo
rales operatur eternus: siue per suos mini/
stros ista faciat: ꝛ eadem ipsa que per mini/
stros facit: siue quedā faciat etiam per mar/
tyrū spūs: sicut ꝑ hoīes adhuc in corpe con/
stitutos: siue omnia ista ꝑ angelos/ quibus

inuisibiliter/immutabiliter et incorporaliter imperat/operatur: vt que per martyres fieri dicuntur/eis orationibus tamen et impetrationibus non etiam operantibus fiant/siue alia fiant istis/alia illis modis/qui nullo modo comprehendi a mortalibus possunt: ei profecto attestantur hec fidei in qua carnis in eternum resurrectio predicatur.

¶ Quanto dignius honorentur martyres/qui ideo multa mira obtinent vt deus verus colatur: quam demones/ qui ob hoc quedam faciunt vt ipsi dij esse credantur. Capitulum. X.

A Hic forte dicturi sunt etiam deos suos aliqua mira fecisse. Bene si iam incipiunt deos suos nostris mortuis hominibus comparare: adijciunt etiam se habere deos ex hominibus mortuis: sicut herculem/ sicut romulum/sicut alios multos quos in deorum numerum receptos opinantur. Sed nobis martyres non sunt dij: quia vnum eundemque deum et nostrum scimus et martyrum: nec tamen miraculis que per memorias nostrorum martyrum fiunt vllo modo comparanda sunt miracula que facta per templa perhibentur illorum. Verum si qua similia videntur: sicut a moyse magi pharaonis: sic eorum dij victi sunt a martyribus nostris. Fecerunt autem illa demones eo fasto impure superbie/quo eorum dij esse voluerunt: faciunt autem ista martyres/vel potius deus: vel orantibus aut cooperantibus eis vt fides illa proficiat: qua eos non deos esse nostros/ B sed vnum deum habere nobiscum credamus. Denique illi talibus dijs suis et templa edificauerunt/et statuerunt aras/et sacerdotes instituerunt et sacrificia fecerunt. Nos autem martyribus nostris non templa sicut dijs/sed memorias sicut hominibus mortuis quorum apud deum viuunt spiritus fabricamus: nec ibi erigimus altaria in quibus sacrificemus martyribus/sed vni deo et martyrum et nostro sacrificium immolamus: ad quod sacrificium sicut homines dei qui mundum in eius confessione vicerunt suo loco et ordine nominantur: non tamen a sacerdote qui sacrificat inuocantur. Deo quippe/non ipsis sacrificat: quamuis in memoria sacrificet eorum: quia dei sacerdos est/non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est christi: quod non offertur ipsis: C quia hoc sunt et ipsi. Quibus igitur potius credendum est miracula facientibus: eis ne qui se ipsos volunt haberi deos ab his quibus ea faciunt: an eis qui vt in deum credatur/quod et christus est faciunt quicquid mirabile faciunt? Eis ne qui sacra sua etiam crimina sua esse voluerunt: an eis qui nec laudes suas volunt esse sacra sua: sed totum quod veraciter laudantur ad eius gloriam proficere in quo laudantur? In domino quippe laudantur anime eorum. Credamus ergo eis et vera dicentibus et mira facientibus. Dicendo enim vera passi sunt/vt possent facere mira. In eis veris est precipuum quod christus resurrexit a mortuis/et immortalitatem resurrectionis in sua carne primus ostendit: quam nobis affuturam vel in principio noui seculi vel in huius fine promisit.

Expo. Aug. (margin)

¶ Contra platonicos: qui de naturalibus elementorum ponderibus argumentantur terrenum corpus in celo esse non posse. Capitulum. XI.

Contra quod magnum dei donum ratiocinatores isti/quorum cogitationes nouit dominus quoniam vane sunt: de ponderibus elementorum argumentantur: quoniam scilicet magistro platone didicerunt mundi duo corpora maxima atque postrema duobus medijs/aere scilicet et aqua esse copulata atque coniuncta. Ac per hoc inquiunt quoniam terra ab hinc sursum versus est prima/ secunda aqua super terram: tertius aer super aquam: quartum super aera celum: non potest esse terrenum corpus in celo. Momentis enim proprijs vt ordinem suum teneat/singula elementa librantur. Ecce qualibus argumentis omnipotentie dei humana contradicit infirmitas/quam possidet vanitas. Quid ergo faciunt in aere terrena tot corpora/cum a terra sit aer tertius? Nisi forte qui per plumarum et pennarum leuitatem donauit auium terrenis corporibus/vt portentur in aere: immortalibus factis corporibus hominum non poterit donare virtutem: qua etiam in summo celo valeant habitare? Animalia quoque ipsa terrena/que volare non possunt: in quibus et homines sunt: sicut sub aqua pisces/qui sunt aquarum animalia: ita sub terra viuere debuerunt. Cur ergo non saltem de secundo/id est de aquis sed de elemento tertio terrenum animal carpit hanc vitam? Quare cum pertineat ad terram in secundo quod super terram est elemento/viuere si cogatur/continuo suffocatur: et vt viuat/viuit in tertio? An errat hic ordo elementorum: vel potius non in natura rerum/sed in istorum argumentationibus deficit? Omitto dicere quod

Expositio Ca. XI. A

Contra quod magnum dei do. etc. In hoc ca. nota quod dicit magistro platone didicerunt. s. in timeo

B Nam et

Pl. 93 b.

¶ Decima Vitas/quod elementa sic ordinata sunt vt sit terra primum/aqua secundum/aer tertium/celum quartum/et super omnia anime natura. Et dicit quod aristoteles posuit quintum corpus esse/plato vero nullum. Sed oritur dubium/ quare augustinus non facit mentionem de elemento ignis. Dicitur autem quod ipse fuit istius opinionis cum platone/quod celum et omnia corpora celestia essent de natura ignis: nec esse nisi aerem infra orbem lune vsque ad nos. Secundum dubium/ si aristoteles ponens sphe ram ignis intra celum et aerem/potuit eam demonstrare/cum sensu non percipiatur. Dicitur autem/quod ad hoc sunt aliquot coniecturae: tamen non apparent rationes demonstratiue ponentium celum esse ignem: nisi forte illud vocent ignem quod aristoteles vocat quintam essentiam/non esse rationabile. Decima Vitas

B

Supra lib. xiij. ca. 18. a.

Iam in tertiodecimo libro dixi/ꝙ multa grauia terrena sint corpora sicut plumbũ:⁊ formã tamẽ ab artifice accipiãt:qua natare valeãt super aquã:⁊ vt accipiat qualitatẽ corpus humanũ qua ferri in cęlũ et esse possit i **C** cęlo/oĩpotẽti artifici cõtradicit. Iam vero contra illud quod iam dixi superi⁹ etiã istũ considerãtes atq̃ tractãtes elemẽtoꝝ ordinem quo confidũt/nõ inueniũt oĩmodo qd dicãt. Sic est eñ hinc sursum versus terra prima/aq̃ secũda/terti⁹ aer/quartũ cęlũ: vt sup oĩa sit aĩę natura. a Nam ⁊ aristoteles quintũ corpus eã dixit esse ⁊ plato nullũ. Si quintũ esset: certe superius esset ceteris. Cum vero nullũ est/multo magis supat omnia. In terreno ergo quid facit corpore. In hac mole qd agit subtilior oĩb⁹? In hoc pondere quid agit leuior oĩbus? In hac tarditate qd agit celerior omnib⁹? Ita ne per hui⁹ tam excellentis naturę meritũ nõ poterit effici/vt corpus eius leuet in cęlũ:⁊ cũ valeat nũc natura corpoꝝ terrenoꝝ deprimere aĩmas deorsum:aliquo modo ⁊ aĩę leuare sursum terre **D** na corpora nõ valebunt? Iam si ad eoꝝ miracula veniam⁹/quę facta a dijs suis opponunt martyrib⁹ nostris:nõne etiã ipsa p nobis facere/⁊ nobis reperient oĩno pficere.

a Nam ⁊ aristoteles quintũ corpus dixit eam/scz animã esse:credibile est tẽpore augustini hoc opinatum esse de aristotele/nondũ translatis sufficienter libris ei⁹ aut diuulgatis: patz aũt ex libris ei⁹ de aĩa/ꝙ aĩam nõ corpus/sed actũ corporis esse voluit.

Nam inter

¶ In originali malo duo sūt: peccatū atq; supplicium. In originali bono alia duo: ꝓpagatio et †conformatio.

¶ Vicesimaseptima veritas/q; in originali malo duo sūt: peccatū atq; supplicium. In originali bono alia duo/ꝓpagatio ꝛ ꝯformatio. [Vicesimaseptima veritas] [al. †ꝯfirmatio]

Sed quātū ad pręsentē pertinet inten/
tionē nostram/de malis quorū vnum de no
stra venit audacia/id est peccatum: alterū
de iudicio dei/id est suppliciū/iam satis di/
ximus. Nūc de bonis dei quę ipsi quoq; vi/
tiatę damnatęq; naturę contulit siue vsq;
nunc confert/dicere institui. Neq; eñ dam
nando aut totum abstulit quod dederat:
aliōqn nec esset omnino: aut remouit a sua
potestate etiam cum diabolo pęnaliter sub
didit: cum nec ipsum diabolum a suo alie/
nauerit imperio: quandoquidem vt ipsius
quoq; diaboli natura subsistat: ille facit q̄
summe est: et facit esse quicquid aliquo mo
do est. Duum igitur illorum quę dixim⁹ bo B
na etiam in natura peccato vitiata suppli/
cioq; damnata/de bonitatis eius quodam
veluti fonte manare propagationem in pri
mis mūdi operibus benedictione largitus
est: a quibus operibus die septimo requie/ [Gen. 2.a.]
uit. Conformatio vero in illo eius est ope/
re quousq; nunc operatur. Efficacem quip/ [Ioh. 5.c.]
pe potentiam suam si rebus subtrahat: nec
progredi poterunt/ꝛ suis dimēsis motibus
peragere tempora: nec prorsus in eo q̄ crea/
tę sunt aliquatenus permanebūt. Sic ergo
creauit hominē deus vt illi adderet fertili/
tatem quandā qua homines alios ꝓpaga/
ret: congenerans eis ipsam etiam propagā/
di possibilitatem/non necessitatem. Quib⁹
tamen voluit hominibus abstulit eam de/
us/ꝛ steriles fuerunt. Non tamen generi hu
mano abstulit semel datam primis duob⁹
coniugibus benedictionē generandi. Hec
ergo propagatio q̄uis peccato ablata non
fuerit: nō tamen etiam ipsa talis est qualis
fuisset si nemo peccasset. Ex quo eñ homo
in honore positus: postea q̄ deliquit compa [Ps. 48.b.]
ratus est pecorib⁹/similiter generat: non in

eo tamē penitus extincta est quędam velut
Gen.1.d. scintilla rōnis: in q̄ factus est ad imaginem
C dei. Huic aūt propagationi si conformatio
nō adhiberet: nec ipa in sui generis formas
modosqꝫ procederet.

Uicesimaoctaua veritas. ¶ Si enī nō concubuis-
sent hoies & nihilomi-
nus de⁹ vellet implere
terras hoibus: quō cre-
auit vnū sine cōmixti-
one maris & fęminę: sic
posset omēs: concuben-
tes vero nisi illo creāte
generātes esse nō pos-
sunt. Sicut ꝙ ait aplus
de institutione spirita-
li: qua hō ad pietatem
iusticiamqꝫ formatur:
1.Cor.3.b. Neqꝫ qui plātat est ali-
quid: neqꝫ q̄ rigat: sed q̄ incrementū dat de-
us: Ita etiā hic dici pōt: nec qui cōcumbit/
nec qui seminat est aliquid / sed qui format
deus. Nec mater quę cōceptū portat & par-
tum nutrit est aliquid/ sed q̄ incremētū dat
deus. Ipse nāqꝫ operatione/ qua nunc vsqꝫ
operat/facit vt numeros suos explicēt semi-
na: & a quibusdā latentibus atqꝫ inuisibili-
bus inuolucris in formas visibiles hui⁹ qꝺ
aspicimus decoris euolant. Ipse incorpore-
am corporeāqꝫ naturā: illam ꝓpositā/ istam
subiectam miris modis copulans & conne-
D ctens/animantē facit. Quod opus eius tā
magnū & mirabile est: vt non solū in homi-
ne/qꝺ est animal rationale: & ex hoc cūctis
terrenis animātibus excellentius atqꝫ ꝓstā-
tius: sed in q̄libet minutissima muscula be-
ne consideranti/ stuporem mentis ingerat:
laudēqꝫ pariat creatoris. Ipse itaqꝫ animę
humanę mentē dedit: vbi ratio & intelligen-
tia in infante sopita est quodāmodo quasi
nulla sit: excitāda scilicet atqꝫ exercēda ęta-
tis accessu: qua fit sciētię capax atqꝫ doctri-
nę & habilis perceptioni veritatis & amoris
boni. Qua capacitate hauriat sapientiam:
virtutibusqꝫ sit prędita: quibus prudenter/.
fortiter/temperanter/ & iuste aduersus erro-
res et cętera ingenerata vitia dimicet: eaqꝫ
nullius rei desiderio nisi boni illius summi
atqꝫ incōmutabilis vincat. Quod etsi non
faciat ipsa talium bonorū capacitas in na-
tura rationali diuinitus instituta: quantū
sit boni: ꝙ mirabile opus omnipotentis/ qs
E competēter effatur aut cogitat? Pręter enī
artes bene viuendi: et ad immortalem per-
ueniendi fęlicitatē: quę virtutes vocant/ et
sola dei gratia quę in christo est/ filijs pro-
missionis regniqꝫ donantur: nōne humano
ingenio tot tanteqꝫ artes sunt inuentę & ex-

¶ Uicesimaoctaua veritas/ ꝙ si nō cōcubuissent hoies/ nihilomin⁹ deus voluit implere terras quō creauit virum sine cōmixtione maris & femine. Concūbentes vero ait nō possunt generare nisi illo creante: Ipse vero oparatione qua nūc opat/facit: vt ait augustin⁹: vt numeros explicēt semina: & a q̄busdā latentib⁹ inuolucris in formas visibiles huius qꝺ aspicimus decoris euolant.

ercitatę: partim necessarię/ partim volunta-
rię: vt tā excellēs vis mentis atqꝫ rationis: in
his etiā rebus quas sup̄fluas / immo & peri-
culosas perniciosasqꝫ appetit: quantū bonū
habeat in natura/vnde ista potuit vel inue-
nire vel discere vel exercere/testatur? Uesti-
mentorū & ędificiorꝫ ad opera ꝙ mirabilia/
ꝙ stupenda industria humana peruenerit:
quo in agricultura/quo in nauigatione ꝓfe-
cerit: quę in fabricatione quorūqꝫ vasorum
vel etiā statuarū & picturarū varietate exco-
gitauerit & impleuerit: quę in theatris mira-
bilia spectantibus/ audiētibus incredibilia
facienda & exhibenda molita sit: in capien-
dis/occidendis/domandis irrōnalibus ani-
mantibus quę & quanta repererit: aduersus
ipsos homines tot genera venenorū/tot ar-
morum/tot machinamentorū: & pro salute
mortali tuenda atqꝫ reparāda quot medica-
menta atqꝫ adiumēta cōprehēderit: ꝑ volu-
ptate fauciū q̄t cōdimēta & gulę incitamēta
reperit: ad indicādas & suadēdas cogitati-
ones ꝙ multitudinē varietatēqꝫ signorꝫ.
¶ Ubi ꝓcipuū locū verba &
litterę tenent: ad delectan-
dos animos quos elocuti-
onis ornatus / ꝙ diuersorū
carminū copiā: ad mulcen-
das aures quot organa musica/ quos canti-
lenę modos excogitauerit: quantā peritiā
dimensionū atqꝫ numerorū/ meatusqꝫ & or-
dines siderū quanta sagacitate comprehen-
derit: ꝙ multa rerum mundanarū cogitata
cognitiōe se impleuerit/ quis posset eloqui:
maxime si velimus non aceruatim cūcta cō-
gerere/sed in singulis immorari? In ipis po-
stremo erroribus & falsitatibus defendēdis
ꝙ magna claruerint ingenia philosophorū
atqꝫ hereticorum/quis existimare sufficiat?
Loquimur enim nunc de natura mentis hu-
manę: qua ista vita mortalis ornatur: nō de
fide atqꝫ itinere veritatis qua illa immorta-
lis acquiritur. Huius tantę naturę conditor
cum sit vtiqꝫ deus verus & summ⁹: ipso cū-
cta quę fecit administrante/ & summam po-
testatem summāqꝫ habente iusticiam: nūꝙ
profecto in has miserias decidisset: atqꝫ ex
his pręter eos solos qui liberabunt in ęter-
nas esset pęnas itura: nisi nimis grāde pec-
catum in homine primo: de quo cęteri exor-
ti sunt/ pręcessisset. Iam vero in ipso corpo-
re: ꝙuis nobis sit cū beluis mortalitate cō- Salusti⁹ ꝓlogo catilinario
mune: multisqꝫ earum reperiatur infirmius:
quanta dei bonitas quāta prouidentia tā-
ti creatoris apparet? Nōne ita sunt in eo lo-
ca sensuum/& cętera membra disposita/spe-
ciesqꝫ ipsa ac figura et statura totius corpo-
ris ita modificata / vt ad ministerium animę

¶ Uicesimanona veritas/ ꝙ ī signis sensibilibus precipuum locum verba tenent.

Uicesimanona veritas.

rationalis se indiceret factum?

Tricesima veritas

¶ Non enim vt animalia rationis expertia prona esse videmus in terram: ita creatus est homo/ sed erecta in celum corporis forma: admonet eum que sursum sunt sapere. Porro mira † mobilitas que lingue ac manibus attributa est ad loquendum et scribendum apta atque conueniens: et ad opera artium plurimarum/ officiorumque complenda: nonne satis ostendit/ quali anime vt seruiret tale corpus sit adiunctum. Quamquam et detractis necessitatibus operandi: ita omnium partium congruentia numerosa sit et pulchra sibi paritate respondeat: vt nescias vtrum in ea condenda maior sit vtilitatis habita ratio quam decoris. Certe enim nihil creatum videmus in corpore vtilitatis causa/ quod non habeat etiam decoris locum. Plus autem nobis id appareret/ si numeros mensurarum quibus inter se cuncta connexa sunt et coaptata nossemus: quos forsitan data opera in his que foris eminent humana posset inuestigare sollertia. Que vero tecta sunt atque a nostris remota conspectibus: sicuti est tanta perplexitas venarum et neruorum et viscerum secreta vitalium/ inuenire nullus potest. Quia etsi medicorum diligentia nonnulla crudelis: quos anatomicos appellant: laniauit corpora mortuorum: siue etiam inter manus secantis et perscrutantis morientium: atque in carnibus humanis satis inhumane abdita cuncta rimata est: vt quid/ et quomodo/ et quibus locis curandum esset addisceret: numeros tamen/ de quibus loquor: quibus coaptatio (que harmonia grece dicitur) tanquam cuiusdam organi extrinsecus atque intrinsecus totius corporis constat. Quid dicam? nemo valuit inuenire: quos nemo ausus est querere.

Col. 3. a

Ar. ve·loci tas

G

¶ Tricesima veritas/ quod non vt animalia rationis expertia prona videmus esse in terram: ita creatus est homo: sed erecta in celum corporis forma admonet ipsum que sursum sunt sapere. Porro ait mira mobilitas que lingue ac manibus attributa est ad loquendum et scribendum: et multa opera artium indicant/ quali anime vt seruiret tale corpus sit adiunctum. Ex quo dicto accipiuntur duo documenta communia. Primum est/ quod corpus non est factum nisi ad seruiendum anime: et ideo turpe est/ quando anima corpori seruit in homine. Secundum documentum est/ quod quanto corpus est melius: tanto anime cui coniungitur ad seruiendum est melior: et econuerso: sicut hic supponit/ quod excellentia vnius est signum alterius excellentie. Per hanc rationem ostenditur/ quod hominis corpus melius est quam bruti. Sed oritur dubium: quia per eandem rationem probaretur de quolibet organo cuiuslibet potentie sensitiue: cum tamen oculus aquile sit efficacior ad videndum. Dicitur autem/ quod oculus hominis nobilior est: quamuis ille sit efficacior: eo quod intensior in gradibus indiuidualibus: et iste in natura specifica: aut forte potentie sunt eiusdem speciei et mixtio organi: quamuis non anima tota.

¶ Qui si noti esse potuissent in interioribus quoque visceribus: que nullum ostentant decus: ita delectaret pulchritudo rationis/ vt omni forme apparenti que oculis placet: ipsius mentis que oculis vtitur/ preferretur arbitrio. Sunt vero quedam ita posita in corpore/ vt tantummodo decorem habeant/ non etiam vsum: sicut habet pectus virile mamillas: sicut facies barbam: quam non esse munimento/ sed virili ornamento: indicant pure facies feminarum: quas vtique infirmiores muniri tutius conueniret. Si ergo nullum membrum est in his quidem conspicuis/ vnde ambigit nemo/ quod ita sit alicui operi accommodatum: vt non etiam sit decorum. Sunt autem nonnulla quorum solum decus et nullus est vsus/ puto facile intelligi in conditione corporis dignitatem necessitati fuisse prelatam. Transitura est quippe necessitas: tempusque venturum/ quando sola inuicem pulchritudine sine vlla libidine perfruamur: quod maxime ad laudem referendum est conditoris: cui dicitur in Psalmo: Confessionem et decorem induisti. Jam cetera pulchritudo et vtilitas creature que homini licet in istos labores miseriasque proiecto atque damnato: spectanda atque sumenda diuina largitate confessa est. Quo sermone potest terminari: in celi et terre et maris multimoda et varia pulchritudine etiam ipsius lucis tanta copia/ tamque mirabili specie: in sole ac luna et sideribus: in opacitatibus nemorum: in coloribus et odoribus florum: in diuersitate ac multitudine volucrum garrularum atque pictarum: in multiformi specie tot tantarumque animantium: ¶ Quorum illa plus habent admirationis/ que molis minimum: plus enim formicularum et apicularum opera stupemus quam immensa corpora balenarum: in ipsius quoque maris tam grandi spectaculo/ cum se ipse diuersis coloribus induit velut vestibus: et aliquando viride atque

Tricesimaprima veritas

Ps. 103. a

H

Tricesimasecunda veritas

¶ Tricesimaprima veritas/ quod si interiora membra possent intueri: que nullum ostendunt decorem: tunc decus rationis ita delectaret: vt omni forme apparenti que oculis placet: ipsius mentis que oculis intellectualibus vtitur preferretur arbitrio. Ex quo dicto accipitur documentum/ quod sanctorum corpora in patria erunt nuda: quia interius et exterius magis decora: quam aliqua alia res visibilis: vt hic habetur: et amictus non queritur nisi ad decorem. Intelligendum tamen quod hic dicit/ quod quedam fuerunt posita in corpore hominis solum ad decorem/ non ad vsum: sicut mamille in pectore et barba in facie.

¶ Tricesimasecunda veritas: quod ista animalia plus habent admirationis que habent minimam molem: sicut magis ait stupemus opera formicularum et apicularum quam corpora balenarum.

hoc multis modis/aliquando purpureum/ aliquando ceruleum est? Quam porro delectabiliter spectatur etiam quandocunque turbatur: et fit inde maior suauitas: quia sic demulcet intuentem: vt non iactet et quatiat nauigantem? Quid ciborum vsquequaque copia contra famem? Quid saporum diuersitas contra fastidium nature/diffusa diuinitus: non coquorum arte ac labore quesita? Quanta in multis rebus tuende ac recuperande salutis auxilia? Quam grata vicissitudo diei alternantis et noctis: aurarum quam blanda temperies? In fruticibus et pecoribus indumentorum conficiendorum quanta materies? Omnia commemorare quis possit? Hec autem sola que a me velut in quendam aggerem sunt coartata: si vellem velut colligata inuolucra soluere atque discutere: quanta mihi mora esset in singulis quibus plurima continentur.

Tricesimatercia veritas

¶ Tricesimatertia veritas/ quod bona isti⁹ mundi sunt damnatorum solatia/non premia beatorum.

¶ Et hec omnia miserorum sunt damnatorumque solatia/non premia beatorum.

I Que igitur illa sunt/si tot ac talia et tanta sunt ista? Quid dabit eis quos predestinauit ad vitam: qui hec dedit eis quos predestinauit ad mortem? Que bona in illa beata vita faciet eos sumere: pro quibus in hac miseria vnigenitum suum filium voluit vsque ad mortem mala tanta perferre? Unde apostolus de ipsis in illud regnum predestinatis loquens:

Roma.8.f Qui proprio inquit filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Cum hec promissio complebitur/quid erimus? quales erimus? que bona in illo regno accepturi sumus: quandoquidem christo moriente pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis erit spiritus hominis: nullum omnino habens vitium: nec sub quo iaceat: nec cui cedat: nec contra quod contra saltem laudabiliter dimicet/pacatissima virtute perfectus?

Al. † speciosa Rerum ibi omnium quanta/quam † speciosa/quam certa scientia sine errore aliquo vel labore: vbi dei sapientia de ipso suo fonte potabitur: cum summa felicitate/sine vlla difficultate? Quale erit corpus quod omnimodo spiritui subditum/et eo sufficienter viuificatum/nullis alimonijs indigebit? Non enim animale sed spirituale erit: habens quidem carnis sed sine vlla carnali corruptione substantiam.

¶ De peruicacia quorundam qui resurrectionem carnis quam sicut predictum est totus mundus credidit impugnant. Capitulum.XXV.

A Exp. ca.XXV. Uerum de animi bonis etc.

Uerum de animi bonis quibus post hanc vitam beatissimus perfruetur: non a nobis dissentiunt philosophi nobiles: qui de carnis resurrectione contendunt. Hanc quantum possunt negant: sed credentes multi negantes paucissimos reliquerunt: et ad christum qui hoc quod istis videtur absurdum in sua resurrectione monstrauit/fideli corde conuersi sunt: docti et indocti: sapientes mundi et insipientes. Hoc enim credidit mundus quod predixit deus: qui etiam hoc predixit/quod hanc rem mundus fuerat crediturus: Neque enim † Petri maleficijs eam cum laude credentium tanto ante prenunciare compulsus est. Ille est enim deus: quem (sicut iam dixi) aliquotiens nec commemorare me piget consitente Porphyrio: atque id oraculis deorum suorum probare cupiente: ipsa numina perhorrescunt. Quem sic laudauit: vt eum et deum patrem et regem vocaret.

¶ In hoc capitulo mentionem facit de dicto Porphyrij in libro qui theologion dicitur: quod supra libro.xix. capi.xxiij. et in hoc libro ca.iij. patuit.

Al. † porphyrij

S.li.19. Ca.23.c.

Porphyrius in libro theologion

B Absit enim vt sic intelligenda sint que predixit: quomodo volunt hi qui hoc cum mundo non crediderunt/quod mundum crediturum esse predixit. Cur enim non potius ita sicut crediturus tanto ante predictus est mundus: non sicut paucissimi garriunt: qui cum hoc mundo quod crediturus predictus est credere noluerunt? Si enim propterea dicunt alio modo esse credenda: ne si dixerint vana esse conscripta/iniuriam faciant illi deo cui tam magnum perhibent testimonium: tantam prorsus et vel etiam grauiorem faciunt iniuriam/si aliter dicunt esse intelligenda: non sicut mundus ea credidit quem crediturum ipse laudauit: ipse promisit: ipse compleuit. Cur enim non potest facere vt resurgat caro et viuat in eternum? An propterea credendum non est id eum esse facturum. quia malum est atque indignum deo?

C Sed de omnipotentia eius que tot et tanta facit incredibilia: iam multa diximus.

Tricesimaquarta veritas

¶ Tricesimaquarta veritas/ quod si quis vult inuenire quod non potest omnipotens: dicitur quod mentiri non potest.

¶ Si volunt inuenire quod omnipotens non potest: habent: prorsus ego dicam: mentiri non potest. Credamus ergo quod potest: non credendo quod non potest. Non itaque credentes quod mentiri possit: credant esse facturum quod se facturum esse promisit. Et sic credant sicut id credidit mundus quem crediturum esse predixit: quem crediturum esse laudauit: quem crediturum esse promisit: quem credidisse iam ostendit. Hoc autem malum esse vnde demonstrauit? Non erit illic vlla corruptio quod est corporis malum. De ordine elementorum iam disputauimus: de alijs hominum

S.eodem ca.iii.

coniecturis satis diximus/ quanta sit futu/ra in corpore incorruptibili facilitas mot⁹/ de presentis bone valitudinis temperamē/to: que vtiqꝫ nullo modo illi comparanda
S.li. 13.ca.17. est immortalitati: in libro tertiodecimo sa/tis (vt opinor) ostēdimus. Legant superio/ra operis huius: qui vel nō legerūt: vel vo/lunt recolere quod legerunt.

¶ Quomodo Porphyrij diffini/tio qua beatis animis putatur cor/pus omne fugiendum ipsius Pla/tonis sententia destruatur: qui di/cit summū deum dijs promisisse vt nunqꝫ corporibus exuerentur. Capitulum XXVI

Porphyrius in li. de regres/su anime

Exp. ca. XXVI a Sed Por/phyri⁹ ait/ inquiunt vt be/ata ꝛc. Hic di/cit qđ porphyrius ait: scilicet i libro đ regressu anime vt patuit supra li/bro decimo capi/tulo. xix. Que in/fra allegantur de platone/continen/tur in timeo.

Plato in Ti/meo

b Rursus

Sed porphyrius ait inquiunt/ vt beata sit anima/ corpus omne esse fugiendum. Ni/hil ergo prodest: quia in/corruptibile diximus futu/rum corpus/ si anima bea/ta nō erit/ nisi corpus om̄e effugerit. Sed iam et hinc in libro memorato quātū oportuit disputaui: verum hic vnum inde tm̄ comme/morabo. Emendet libros suos istoꝝ omniū magister plato: ꝛ dicat eo/rū deos/ vt beati sint sua corpora fugituros id est esse morituros/ quos in celestibus cor/poribus dixit inclusos. Quibus tamen de/us a quo facti sunt q̄ possent esse securi: im/mortalitatē/ id est in eisdem corporib⁹ eter/nam permansionem/ non eorum natura id habente/ sed suo consilio preualente promi/sit. Ubi etiā euertit illud quod dicunt: quo/niā est impossibile: ideo resurrectionē car/nis non esse credendā. Apertissime quippe iuxta eundem philosophum: vbi dijs a se factis promisit deus nō factus immortali/tatem: quod impossibile est/ se dixit esse fa/cturum. Sic enim eum locutū narrat Pla/to: Quoniam estis orti inquit immortales esse/ et indissolubiles non potestis. Non ta/men dissoluemini: neqꝫ vos vlla mortis fa/ta perimēt: nec erunt valentiora q̄ consili/um meum: quod maius est vinculū ad per/petuitatē vestram: q̄ illa quibus estis col/ligati. Si non solum absurdi/ sed surdi non sunt qui hec audiunt: non vtiqꝫ dubitant dijs factis ab illo deo qui eos fecit secundū Platonem: quod est impossibile/ fuisse pro/missum. Qui eīm dicit: Uos quidē immor/tales esse nō potestis/ sed mea voluntate im/mortales eritis: quid aliud dicit q̄ id quod fieri non potest/ me faciēte tamē eritis? Ille igitur carnē incorruptibilē/ imortalē/ spiritu/lē resuscitabit: qui iuxta Platonē id quod impossibile est se facturū esse ꝓmisit. Quid adhuc quod ꝓmisit deus/ q̄ deo ꝓmittenti credidit mundus: qui etiam ipse promissus est crediturus esse impossibile clamat.

¶ Quādoquidē nos deū qui etiā fm platonē facit impossibilia: id facturum esse clamamus. Non ergo vt beate sint anime/ corp⁹ est om̄e fugiendū/ sed cor/pus incorruptibile recipiē/dū. Et in quo cōueniētius incorruptibili corpore le/tabunt/ q̄ in quo corrupti/bili gemuerunt? Sic enim non in eis erit illa dira cu/piditas quā posuit ex pla/tone Uirgilius/ vbi ait:

c ¶ Tricesimaquin/ta veritas: q̄ fm pla/tonē deus potest il/la que impossibilia sunt. Intelligēdum tamē q̄ duo sunt ge/nera impossibilium. Quedā enim sunt impossibilia simpli/citer: vt illa q̄ nō pn̄t fieri p vllā potentiā: vtpote q̄ de⁹ faceret aliqđ eq̄le sibi. Alia sūt impossibilia fm quid: q: nō pn̄t fieri a natura/ cui⁹ est po/tētia determinata: si/cut ē resurrectio mor/tuoꝝ. Et de talibus impossibilibus loquebať plato.

Tricesimaquin/ta veritas

Eneid. 6

¶ Rursus ꝛ incipiāt in corpo/ra velle reuerti. Sic iquā cupi/ditatē reuertendi ad corpora nō habebūt: cū corpa in que reuerti cupiūt secū habebūt: et sic habebūt/ vt nunqꝫ nō habeant: nunqꝫ ea prorsus vel ad exiguū quamlibet temp⁹ vlla morte deponant.

b ¶ Rur/sus et inci. ꝛc. Sūt v̄sus vir/gilii. vi. eneid.

¶ De cōtrarijs diffinitionib⁹ plato/nis atqꝫ porphyrij/ in quib⁹ si vter/qꝫ alteri cederet/ a veritate neuter deuiaret. Capitulum. XXVII

Tricesimasex/ta veritas

Singula quedā dixerunt pla/to atqꝫ por/phyrius: que si inter se cō/mūicare po/tuissent: fa/cti essent for/tasse christi/ani. Plato dixit sine cor/poribus ani/mas in eter/num esse nō posse. Ideo eīm dixit: eti/am sapienti/um animas post quamli/bet longū tē/p⁹/ tamē ad corpa redi/turas. Por/phyri⁹ autē

c ¶ Tricesimasex/ta veritas/ q̄ pla/to ꝛ porphyrius quedā dixerūt/ q̄ si inter se cōicare potuissēt/ facti for/te fuissent christi/ani. Plato quidē dixit: ait aug⁹ sine corpib⁹ aīas in eternū esse non posse: ideo dixit eas ad corpora redituras. Porphyri⁹ di/xit aīam purgatissimā cū redierit ad p̄rē: ad mala hui⁹ mūdi nūqꝫ eē reditu/rā. Et ista duo si iūgāť/ dicit aug⁹/ ē il/lud qđ fides christiana ꝓmittit. s. reuer/sionē aīe ad corp⁹: ꝛ nō ad istas cala/mitates/ sꝫ cū patre futuras. Et h accī/pit documētū/ q̄ resurrectio mortuoꝝ ē cōprehēsibil' rōne naturali: vñ rō pla/tonis videť eē demōstratiua supposita aīe imortalitate: quā cōīter cōcesserūt sollertes philosophi: q: nulla natura pōt ꝑpetuo suo fine ꝓuari: tūc eīm esset frustra: cū deus ꝛ natura nihil faciūt frustra: finis autē anime naturalis est cōpositū: ꝓpter qđ cōstituēdū ē facta: sicut eīm materia ꝓpť formā: ita forma ꝛ materia ꝓpť cōpositū. Et iō cū aīa sit hoīs forma: si ē ꝑpetua: oportet q̄ a ꝑpe/tuo nō priueť: ꝓpter qđ ē facta cōposi/tio. Istā autē rationē platonis timēs infidelissim⁹ Auerrois: posuit esse vnā

Exp. ca. XXVII Singula quedā dixerūt ꝛc. In hoc ca. cō/fert dicta Plato/nis in timeo/ cū di/ctis Porphyrij in libro de regressu anime.

 aīaꝫ oīm:

dixit aiam purgatissimã cũ redierit ad patrẽ: ad hec mala mũdi nunq̃ eẽ rediturã. Ac per hoc qḋ verum vidit plato/ si dedisset porphyrio etiã iustorũ atq̧ sapiẽtium purgatissimas animas ad hũana corpora redituras: rursus quod verũ vidit porphyrius/ si dedisset platoni/ nũq̃ rediturus ad miserias corruptibilis corpis aimas sanctas: vt nõ singuli hec singula/ sed ambo vt singuli vtrũq̧ dicerẽt: puto q̧ viderent esse iam cõsequẽs/ vt τ redirẽt anime ad corpa: τ talia reciperent corpora/ in qb⁹ beate atq̧ immortaliter viuerẽt. Quoniã ſm platonẽ etiã sancte aie ad humana corpa redibunt: ſm porphyrium ad mala mũdi hui⁹ sancte

B anime nõ redibũt. Dicat itaq̧ cum platone porphyrius/ redibunt ad corpora: dicat plato cum porphyrio/ non redibunt ad mala: τ ad ea corpora redire cõsentiẽt/ in quib⁹ nulla mala patiantur. Hec itaq̧ nõ erunt nisi illa que pmisit deus: beatas animas in eternum cũ sua eterna carne factur⁹. Hoc enim quantũ existimo iam facile nobis concederẽt ambo: vt qui faterent ad imortalia corpora redituras animas esse sanctoꝝ/ ad sua illas redire pmitterẽt: in quib⁹ mala hui⁹ seculi ptulerũt: in quib⁹ deũ vt his malis carerẽt/ pie fideliterq̧ coluerũt.

a ∧ animã omnium: nec animã esse corporis formam.

¶ Quid ad verã resurrectiõis fidẽ vel plato vel labeo vel etiam varro cõferre potuerint/ si opiniones eorum in vnam sententiam conuenissent. Capitulũ XXVIII

A Expo. ca. XXVIII.

a Nonnulli τc. In hoc capitulo nota q̧ vt patet ex macrobio super somnium scipionis/ plato scribens libros de repu. in fine ad astruẽdam immortalitatẽ anime/ narrat quẽdã militem nomine her in bello occisum/ et a mortuis suscitatũ/ ac de statu ei⁹ post mortem ac immortalitate animaꝝ multa narrasse. Hanc fabulam vt ait macrobi⁹/ cicero licet ab indoctis/ quasi veri consci⁹ ipse

B dolebat irrisam/ exẽplum stolide reprehẽsionis vitans excitari narraturũ q̃ reminiscere maluit. Vñ inducit i fine libri de republica corneliũ scipionis per somnium instructum esse a patre scipione africano de immortalitate anime. b ¶ Labeo etiam duos di. τc. Consequenter cõmemorat de labeone: q̃ scriptor erat rerũ diuinarũ. c ¶ Mirabilius autem τc. Deinde quod narrat varro de reditu aiarũ ad corpora eadẽ post certum numerum annorum/ confert cũ dictis platonis et porphyrii: ostendẽs quomodo quilibet eorũ in aliquo ꝯuenit cum vera fide resurrectionis future ad eternam beatitudinẽ. Ad quã nos perducat qui sine fine viuit τ regnat benedict⁹ in secula seculorũ/ Amen.

Cicero in lib. de republica.

a Nonnulli nostri ppter quoddã pclarissimũ loquendi genus et ppter nõnulla que veraciter sensit/ amantes platonẽ: dicunt eũ aliqd simile nobis etiã de mortuorũ resurrectione sensisse. Qḋ quidẽ sic tãgit in libris de republica tullius: vt eum lusisse potius q̃ q̧ id verũ esset affirmãdo dicere voluisse. Inducit eñ hominẽ reuixisse/ et narrasse quedã que platonicis disputatiõibus

b cõgruebãt. Labeo etiam duos dicit vno die fuisse defunctos/ τ occurrisse inuicẽ in quodã compito: deinde ad corpa sua iussos fuisse remeare: τ constituisse inter se amicos se esse victuros atq̧ ita esse factum donec postea morerentur. Sꝫ isti auctores talem resurrectionẽ corpis factam fuisse narrarunt: quales fuerũt eoꝝ quos resurrexisse nouimus: et huic quidẽ redditos vite: sed non eo modo vt nõ morerẽtur vlterius.

c Mirabilius autẽ quoddam marcus varro posuit in libris quos cõscripsit de gente populi romani: cuius putaui verba ipa ponenda: Genethliaci quidã scripserũt inqt esse in renascendis hominib⁹: quã appellãt παλιγγενεσιαν greci/ hãc scripserunt cõfici in annis numero quadringẽtis quadraginta: vt idem corpus τ eadẽ anima que fuerat cõiuncta in homine aliquãdo/ eadẽ rursus redeant in coniũctionẽ. Iste varro quidẽ siue illi genethliaci nescio qui: nõ enim nomina eorum prodidit quorũ cõmemorauit sententiam: aliquid dixerũt quod licet falsum sit: cum eñ semel ad eadem corpora que gesserunt anime redierunt: nunq̃ ea postea sunt relicture: tñ multa illi⁹ ĩpossibilitatis qua ꝯ nos isti garriũt/ argumẽta ꝯuellit τ destruit. Qui eñ hec sentiũt siue senserũt/ nõ eis visum est fieri non posse: vt dilapsa cadauera in auras/ in puluerẽ/ in cinerẽ/ in humores/ in corpa vescẽtiũ bestiarũ/ vel ipoꝝ q̃ hoim ad id rursus redeãt qḋ fuerũt. Quapropter plato τ porphyri⁹ vel poti⁹ qcũq̧ illos diligunt/ τ adhuc viuũt/ si nobis ꝯsentiũt: etiam sctãs aias ad corpa redituras/ sicut ait plato: nec tñ ad mala vlla rediturass/ sicut ait porphyri⁹: vt ex his fiat ꝯsequens qḋ fides pdicat christiana: talia corpa recepturas in qb⁹ sine vllo malo i eṫnũ feliciṫ viuãt. Assumant etiã hoc de varrone/ vt ad eadẽ corpa redeãt in qb⁹ antea fuerũt: τ apud eos tota q̃stio de carnis in eṫnũ resurrectiõe soluet. D

Varro in lib. de gente populi romani

¶ De qualitate visionis qua in futuro seculo sancti deum videbunt: Capitulum XXIX

A Nunc iam quid acturi sint in corporibus immortalib⁹ atq̧ spiritalibus sancti/ nõ adhuc eoꝝ carne carnaliter/ sed spiritaliter iam viuente/ quantũ dñs dignat adiuuare videam⁹. Et illa qdẽ actio vel poti⁹ qes atq̧ ociũ qle futuꝝ sit: si verꝫ velim dicẽ/ nescio: Nõ eñ h̃ vnq̃ p sen

Lib. 2. retra. cta. ca. 41.

sus corporis vidi. Si autē hoc mente: id est
intelligentia vidisse me dicam: quantuȝ est
aut quid est nostra intelligentia ad illam
Phil. 4. b excellentiam? Ibi est enim pax dei: que (si/
Aug' in enchi. ca. 62. cut ait Apostolus) superat omnem intelle/
ctum: quem nisi nostrum: aut fortasse etiam
omnium sanctorum angelorum? Non enim
et dei. Si ergo sancti i dei pace victuri sunt:
profecto in ea pace victuri sunt/ que supe/
rat omnem intellectum. Quoniam ꝙ no/
strum quidem superat/ non est dubium. Si
autem superat et angelorum: vt nec ipsos
excepisse videatur/ qui ait omnem intelle/
ctum: secundū hoc dictum esse debemus ac
cipere: quia pacem dei qua ipse deus paca/
tus est sicut nouit deus: non eā nos sic pos/
sumus nosse/ nec vlli angeli. Superat itaq̄
omnem intellectum: non dubium preter su/
um. Sed quia et nos pro modo nostro pa/
cis eius participes facti: summā in nobis at
q̄ inter nos et cum ipso pacem/ quantū no/
strum summuȝ est/ obtinebimus. Isto mo/
do pro suo modo sciunt eam sancti angeli:
homines autem nunc longe infra quantū/
B libet profectu mentis excellant. Considerā/
1. Cor. 13. c dum est enim quantus vir dicebat. Ex par
te scimus/ et ex parte prophetamus/ donec
veniat quod perfectum est: Et videmus
nunc per speculum in enigmate: nūc autem
facie ad faciem. Sic iam vident sancti an/
geli: qui etiam nostri angeli dicti sunt: quia
eruti de potestate tenebrarū: et accepto spi/
ritus pignore translati ad regnuȝ christi: ad
eos angelos iam cepimus pertinere: cū qui
bus nobis erit sācta atq̄ dulcissima: de qua
iam tot libros scripsimus: dei ciuitas ipsa
communis. Sic sunt ergo angeli nostri qui
sunt angeli dei: quemadmodū christus dei
christus est noster. Dei sunt: quia deum nō
reliquerūt: nostri sunt: quia suos ciues nos
habere ceperunt. Dixit autem dominus ie/
Matth. 18. b sus: Uidete ne contemnatis vnum de pusil
lis istis: Dico enim vobis: quia angeli eorū
in celis semper vident faciē patris mei qui
in celis est. Sicut ergo illi vident/ ita et nos
visuri sumus: sed nondū ita videmus. Pro
pter quod ait Apostolus quod paulo ante
1. Corin. 13. b. dixi: Uidemus nunc per speculum in enig/
mate: tunc autem facie ad faciem. Premiū
itaq̄ fidei nobis visio ista seruatur: de qua
1. Joh. 3. a et Johannes apostolus loquens: Cū appa/
ruerit inquit/ similes ei erimus: quoniam vi
debimus eū sicuti est. Facies autē dei/ ma/
nifestatio eius intelligenda est: nō aliquod
tale membrorū quales nos habemus in cor
C pore: atq̄ isto nomine nuncupamus. Qua/
propter cum ex me queritur: quid acturi
sint sancti in illo corpore spiritali: non dico

quod iaȝ video/ sed dico quod credo: scḋm
illud quod in psalmo lego: Credidi propter Ps. 115. a
quod locutus sum. Dico itaq̄/ ꝙ visuri sint
deum in ipso corpore: sed vtrum per ipsum
sicut per corpus nunc videmus solem/ lu/
nam/ stellas/ mare ac terram: et que sunt in
ea/ nō parua questio est. Durum est enim di/
cere ꝙ sancti talia corpora tunc habebunt:
vt non possint oculos claudere atq̄ aperi/
re cuȝ velint. Durius autem ꝙ ibi deū quis/
quis oculos clauserit non videbit. Si enim 4. Reg. 5. g
propheta Heliseus puerum suum giezi ab/
sens corpore vidit accipienteȝ munera: que
dedit ei Naaman syrus: queȝ propheta me
moratus a lepre deformitate mundauerat:
quod seruus nequam domino suo nō viden
te latenter se fecisse putauerat: quanto ma/
gis in illo corpore spiritali videbunt sancti
omnia: non solum si oculos claudant/ ve/
rumetiā vnde sunt corpore absentes. Tunc
enim erit perfectum illud de quo loquēs apo/
stolus: Ex parte inquit scimus/ et ex parte 1. Corin. 13. c
prophetamus: cum autē venerit quod per/
fectum est: quod ex parte est/ euacuabitur.
Deinde vt quomodo posset aliqua simili/
tudine ostendere: quantum ab illa que futu
ra est distet hec vita: nō qualiumcunq̄ ho/
minū/ verumetiā qui precipua hic sanctita/
te sunt prediti: Cum essem inquit paruulus Ibidem
quasi paruulus sapiebam: quasi paruulus
loquebar: quasi paruulus cogitabam: cum
autem factus sum vir/ euacuaui ea que par/
uuli erant. Uidemus nunc per speculum in
enigmate: tunc autem facie ad faciē. Nunc
scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut
et ego cognitus sum. Si ergo in hac vita D
vbi hominum mirabilium prophetia ita
cōparanda est illi vite quasi paruuli ad iu/
uenem: vidit tamen Heliseus accipientem 4. Reg. 5. g
munera seruum suum vbi ipse non erat: ita
ne cum venerit quod perfectuȝ est: nec iam
corpus corruptibile aggrauabit animā/ sed Sap. 9. b
incorruptibile nihil impediet: illi sancti ad
ea que videnda sunt oculis corporeis/ qui/
bus Heliseus absens ad seruum suum vi/
dendum non indiguit/ indigebunt? Nam
scḋm interpretes septuaginta/ ista sunt ad
Giezi verba prophete: Nonne cor meum te 4. Reg. 5. g
cum erat: quando conuersus est vir de cur/
ru in obuiam tibi: et accepisti pecuniam: et
cetera? Sicut autem ex hebreo interpreta/
tus est presbyter Hieronymus: Nonne cor
meum inquit in presenti erat: quando reuer
sus est homo de curru suo in occursum tui?
Corde suo ergo se dixit hoc vidisse prophe/
ta: adiuto quidem mirabiliter nullo dubi/
tante diuinitus. Sed quanto amplius tūc
omnes munere isto abundabunt: cū deus 1. Corin. 15. b

erit omnia in omnibus. Habebūt tamen etiā illi oculi corporei officiū suū: et in loco suo erūt: vtetur qȝ ille spūs per spiritale corpus. Neqȝ em̄ et ille propheta: quia nō eis indiguit vt videret absentem: nō eis vsus est ad videnda presentia: que tamen spiritu videre posset: etiā si illos clauderet: sicut vidit absentia: vbi cum eis ipse

Tricesimaseprima veritas

nō erat. ¶ Absit ergo vt dicamus illos sctōs in illa vita deum clausis oculis nō visuros: quē spiritu semꝑ videbunt. Sed vtrū videbūt et ꝑ oculos corꝑis cū eos apertos habebūt: inde

¶ Tricesimaseptima veritas / ꝙ clausis oculis corporalibus in patria / sancti videbunt deū oculis mentalibꝰ: si aūt eis apertis vidēt inquit illā naturā spiritalē: alterius modi erunt potentie ꝙ̄ sint modo. Attendendū tamē / ꝙ in isto toto capitulo disputat ꝑplixe: vtrū deitas videatur in patria oculo corporali: hodie tamē nullus dubitat ꝙ nō: qȝ tūc lumēta possent etiā beatificari.

C

questio est. Si enim tm̄ potuerūt in corꝑe spiritali eo mō / vtiqȝ etiā ipsi oculi spiritales / quantum possunt isti quales nūc habemus: proculdubio per eos deus videri non poterit: longe itaqȝ alterius erunt potentie: si per eos videbit incorporea illa natura que nō continetur loco / sed vbiqȝ tota est. Non em̄ quia dicamus deū et in celo esse et in terra. Ipse quippe ait per prophe-

Hiere. 23. e.

tam: Celum et terram ego impleo: aliā partem dicturi sumus eū in celo habere / et in terra aliam: sed totus in celo est / totus in terra: nō alternis temporibꝰ / sed vtrūqȝ simul: quod nulla natura corporalis potest. Vis itaqȝ ꝑpollentior oculorū erit illorū: non vt acutius videant ꝙ̄ quidem perhibentur videre serpentes vel aquile. Quantalibet em̄ acrimonia cernendi eadem quoqȝ animalia / nihil aliud possūt videre ꝙ̄ corpora: sed vt videant et incorporalia. Et fortasse ista virtus magna cernendi data fuerit ad horam: etiā in isto mortali corpore oculis sancti viri Job: quando ait ad deū: In obau-

Job. 42. a

ditu auris obaudiebaȝ te prius: nūc autem oculus meus videt te. propterea despexi me metipsum et distabui: et existimaui me terram et cinerem. Quāuis hic nihil prohibebat oculuȝ cordis intelligi. De quibus ocu-

Ephe. 1. c.

lis ait Apostolus: Illuminatos oculos habere cordis vestri. Ipsis autem videri deuȝ cum videbitur / christianus ambigit nemo: qui fideliter accipit quod ait deus ille ma-

Matth. 5. a.

gister: Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū

F

videbūt. Sed vtrū etiam corporalibus oculis ibi videatur: hoc in ista questione versa-

Luce. 3. a

mus. Illud enim quod scriptū est: Et videbit omnis caro salutare dei: sine vllius nodo difficultatis sic intelligi potest: ac si dictū fuerit: Et videbit omnis homo christū dei: qui vtiqȝ in corpore visus est: et in corpore videbit: quādo viuos et mortuos iudicabit. Qȝ autē ipse sit salutare dei: multa sūt et alia testimonia scripturarū. Sed euidentius venerandi illius senis Symeonis verba declarant: Qui cū infantem christū ac-

Luce. 2. e

cepisset in manus suas: Nūc inquit dimittis seruū tuum domine: scdm̄ verbū tuum in pace: Quoniā viderūt oculi mei salutare tuū. Illud etiā quod ait supra memoratus Job: sicut in exemplaribus que ex hebreo sunt inuenit. Et in carne mea videbo deū:

Job. 19. d

resurrectionē quidē carnis sine dubio ꝓphetauit: nō tamē dixit / ꝑ carnē meā. Qd̄ quidē si dixisset: posset deꝰ christus intelligi: q̄ per carnē in carne videbitur. Nunc vero potest et sic accipi: In carne mea videbo deū saluatorem meuȝ: ac si dixisset: In carne mea ero cū videbo deū. Et illud quod ait Apostolꝰ Facie ad faciē: non cogit vt deū per hāc fa-

1. Corin. 13 d.

ciē corporalē / vbi sūt oculi corporales / nos visuros esse credamus: queȝ spiritu sine intermissione videbimꝰ. Nisi em̄ esset etiā interioris hominis facies: nō diceret idē Apostolus: Nos autem reuelata facie gloriam

2. Corin. 3. d

domini speculantes: in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriā tanqȝ a domini spiritū. Nec aliter intelligimꝰ quod in psalmo canitur: Accedite ad eum et illu-

Psal. 33. a.

minamini: et facies vestre nō erubescent. Fide quippe acceditur ad deuȝ: quam cordis constat esse / nō corporis. Sed quia spirita-

G

le corpus nescimus quantos habebit accessus: de re quippe inexperta loquimur: vbi aliqua que aliter intelligi nequeant diuinarū scripturarū nō occurrit / sed succurrit auctoritas: necesse est vt cōtingat in nobis quod legit i libro Sapientie: Cogitationes mor-

Sap. 9. d

taliū timide et incerte prouidentie nostre.

¶ Ratiocinatio quippe illa philosophorum qua disputant. ita mentis aspectu intelligibilia videri: et sensu corporis sensibilia: id est corporalia: vt nec intelligibilia ꝑ corpꝰ / nec corporalia per seipsa mens. valeat intueri: si posset / et nobis esset certissima: profecto certum esse per oculos corporis etiaȝ spiritales nullo modo posse videri deuȝ. Sed istā ratiocinationem et vera ratio / et prophetica irridet auctoritas. Quis enim ita sit auersus a vero: vt dicere audeat

Tricesimaoctaua veritas

¶ Tricesimaoctaua veritas / ꝙ ratiocinatio philosophoȝ qua disputāt ita mētis aspectu intelligibilia videri: et sensu corporis sensibilia: vt nec intelligibilia ꝑ corpus / nec corporalia per seipsa mens valeat intueri: si posset et nobis esset certissima: ꝓfecto certū nobis eē ꝑ oclos corꝑis etiā spiritales videri nullo modo posse deū. Sed istam inquit ratiocinationē et vera ratio et prophetica irridet auctoritas. Istud declarat primo ratiōe: qȝ nullus tam auersus vt audeat inqt dicere corporalia ista deum nescire. Secūdo declarat hoc auctoritate ꝓphe- [illegible] ita: quā

deum corporalia ista nesciare? Nunquid enim corpus habet: per cuius oculos ea possit addiscere? Deinde quod de propheta Heliseo paulo ante diximus: nonne satis indicat etiam spiritu/non per corpus corporalia posse cerni? Quando enim seruus ille munera accepit: vtique corporaliter gestum est: quod tamen propheta non per corpus/sed per spiritum vidit. Sicut ergo constat videri corpora spiritu: quid si tanta erit potentia spiritalis corporis vt corpore videatur et spiritus? Spiritus enim est deus.

4. Reg. 5. g.

Job. 4. d.

¶ tica: quia heliseus per spiritumsanctum et non per corpus vidit corporalia/quando vidit Giezi munera ab naaman recipientem. Et tunc ad propositum redi ens dicit sic: Sicut ergo constat corpora videri spiritu/quid si tanta erit potentia spiritalis corporis/vt corpore videatur et spiritus: spiritus autem inquit est deus? Dicit tamen finaliter/quod intelligibilius est vt videatur spiritu deus a singulis et in singulis.

h Deinde vitam quidem suam qua nunc viuit in corpore: et hec terrena membra vegetat facitque viuentia: interiore sensu quisque non per corporeos oculos nouit: aliorum vero vitas cum sint inuisibiles per corpus videt. Nam vnde viuentia discernimus a non viuentibus corpora/nisi corpora simul vitasque videamus: quas nisi per corpus videre non possumus? Vitas autem sine corporibus corporeis oculis non videmus. Quamobrem fieri potest: valdeque credibile est sic nos esse visuros mundana tunc corpora celi noui et terre noue: vt deum vbique presentem/et vniuersa etiam corporalia gubernantem/per corpora que gestabimus et que conspiciemus quaquauersum oculos duxerimus: clarissima perspicuitate videamus: non sicut nunc inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur per speculum in enigmate et ex parte: vbi plus in nobis valet fides qua credimus quam rerum corporalium species quam per oculos cernimus corporales: Sed sicut homines inter quos viuentes/motusque vitales exercentes viuimus: mox vt aspicimus non credimus viuere/sed videmus: cum eorum vitam sine corporibus videre nequeamus: quam tamen in eis per corpora remota omni ambiguitate conspicimus: ita quacunque spiritalia illa lumina corporum nostrorum circumferemus: incorporeum deum omnia regentem etiam per corpora contuebimur. Aut ergo per illos oculos sic videbitur deus vt aliquid habeant in tanta excellentia menti simile quo et incorporea natura cernatur: quod vllis exemplis sine scripturarum testimonijs diuinarum vel difficile vel impossibile est ostendere: Aut quod est ad intelligendum facilius: ita deus nobis erit notus atque conspicuus: vt videatur spiritu a singulis nobis in singulis nobis: videatur ab altero in altero: videatur in seipso: videatur in celo nouo/et in terra noua/atque in omni que tunc fuerit creatura: videatur et per corpora in omni corpore quocunque fuerint spiritalis corporis oculi acie peruenientes directi.

Roma. 1. a.

1. Cor. 13. c.

I

¶ Patebunt etiam cogitationes nostre inuicem nobis. Tunc enim implebitur quod apostolus cum dixisset: Nolite ante tempus iudicare quicquam: mox addidit: donec veniat dominus/et illuminet abscondita tenebrarum: et manifestet cogitationes cordis: et tunc laus erit vnicuique a deo.

¶ Tricesimanona veritas/quod in patria patebunt inuicem cogitationes. Ex quo dicto accipitur documentum/quod potest alicuius cogitatio intueri/non tamen cognitio: que intelligitur per illam cogitationem: alioquin non nosceret vnus plus quam alius in patria/si paterent omnes cogitationes.

Tricesimanona veritas

1. Cor. 4. a.

¶ De eterna felicitate ciuitatis dei sabbatoque perpetuo. Ca. XXX.

A

Quanta erit illa felicitas vbi nullum erit malum: nullum latebit bonum: vacabitur dei laudibus: qui erit omnia in omnibus. Nam quid aliud agetur vbi neque vlla desidia cessabitur: neque vlla indigentia laborabitur/nescio. Admoneor etiam sancto cantico/vbi lego vel audio: Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Omnia membra et viscera incorruptibilis corporis que nunc videmus per vsus necessitatis varios et motus distributa: quoniam tunc non erit ipsa necessitas: sed plena/certa/secura/sempiterna felicitas: proficient laudibus dei.

1. Cor. 15. d.

Ps. 83. a.

¶ Omnes quippe illi de quibus iam sum locutus/qui nunc latent harmonie corporalis numeri non latebunt intrinsecus et extrinsecus per corporis cuncta dispositi: et cum ceteris rebus que ibi magne atque mirabiles videbuntur: rationales mentes in tanti artificis laude rationabilis pulchritudinis delectatione succedent. Qui motus illic talium corporum sint futuri temere definire non audeo quod excogitare non valeo.

¶ Quadragesima veritas/quod harmonie corporis que nunc latent tunc non latebunt/intrinsecus et extrinsecus per cuncta disposite: vt mentes in tanti artificis laude rationabilis pulchritudinis delectatione assurgant. Et hic euidentius arguitur sancto et nuditas in corporalibus: quia frustra essent operti corpore opaco/vbi ista omnia ad videndum inferunt delectationem. Et confirmatur quia post peccatum fuit indumentum datum et non in statu innocentie: et iterum nullum corpus poterit esse tam pulchrum sicut corpus humanum.

Quadragesima veritas

B

¶ Tamen et motus et status sicut ipsa species decens erit: quicunque erit vbi quod non decebit non erit.

¶ Quadragesimaprima veritas/quod motus et status decens in illis corporibus erit: vt vbi volet spiritus/ibi protinus sit et erit corpus

Quadragesimaprima veritas

Certe vbi volet spūs/ ibi protinus erit corpus: nec volet aliquid spiritus/ quod nec spiritum possit decere nec corpus. Uera ibi gloria erit vbi laudantis/ nec errore q̄sqū nec adulatiōe laudabit. Uerus honor q̄ nulli negabit digno: nulli deferetur indigno: sed nec ad eū ambiget vllus indignus/ vbi nullus pmittet eē nisi dignus. Uera pax ibi est vbi nihil aduersi/ nec a seipso/ nec ab alio quisq̄ patietur. Premiū virtutis erit ipse qui virtutē dedit: eiq̄ seipsum quo melius ⁊ maius nihil possit esse pmisit. Quid est eñ aliud qd̄ per pphetam dixit: Ero illorum deus: ⁊ ipsi erunt mihi plebs: nisi ego ero vnde satientur: ego ero quecūq̄ ab omnibus honeste desiderentur: et vita et salus et victus et copia et gloria et honor et pax et omnia bona? Sic enim ⁊ illud recte intelligitur/ quod ait apostolus: vt sit deus omnia in omnibus. Ipse finis erit desideriorum nostrorū: qui sine fine videbitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatiōe laudabitur. Hoc munus/ hic affectus/ hic actus profecto erit omnibus/ sicut ipsa vita eterna cōmunis. Ceterum qui futuri sint p meritis premiorum etiam gradus honorum atq̄ gloriarum/ quis est idoneus cogitare/ quāto magis dicere? Quod tamen futuri sint/ non est ambigendum. Atq̄ id etiā beata ciuitas illa magnū in se bonū videbit: quod nulli superiori vllus inferior inuidebit: sicut nūc nō inuidēt archangelis angeli ceteri: tā nolit esse vnusquisq̄ quod non accepit: q̄uis sit pacatissimo concordie vinculo ei qui accepit obstrictus: q̄ nec in corpore vult oculus esse q̄ est digitus: cum membrū vtrūq̄ contineat totius carnis pacata compago. Sic itaq̄ habebit donum alius alio minus: vt hoc quoq̄ donū habeat/ ne velit amplius.

vbi erit corpus. Ex quo dicto accipit documētū/ q̄ sancti nō erūt fixi in celo empyreo: vt nōnulli putant: quēadmodū stelle sunt immobiles in firmamento/ sed ambulabūt/ imo volabūt q̄cūq̄ voluerit.

Hiere. 31. f.

1. Cor. 15. d.

C

D

Quadragesima secūda veritas.

Aug⁹ in enchiridion ca. 104

¶ Nec ideo liberū arbitrium non habebūt/ quia peccata eos delectare nō poterūt. Magis quippe erit liberum a delectatiōe peccādi vsq̄ ad delectationem non peccādi indeclinabilem libertatem. Nā primum liberum arbitriū quod homini datum est quādo primū creatus est rectus: potuit non peccare: sed potuit ⁊ peccare: hoc autem nouissimū eo potentius erit/ quo peccare nō poterit. Uerum hoc quoq̄ dei munere nō sue possibilitate nature. Aliud est eñ esse deum/ aliud participē dei. Deus natura peccare non potest: particeps vero dei ab illo accipit vt peccare nō possit. Seruandi autem gradus erant diuini muneris: vt primum daretur liberum arbitriū quo non peccare posset homo: nouissimum quo peccare non posset: atq̄ illud ad comparandum meritum/ hoc ad recipiendū premium pertineret. Sed quia peccauit ista natura cum peccare potuit: largiore gratia liberatur: vt ad eam perducatur libertatē: in qua peccare non possit.

¶ Quadragesima secūda veritas/ q̄ nō ideo sancti liberū arbitriū habebunt: q̄ eos peccata delectare non poterūt: magis quippe erit liberum a delectatione peccandi vsq̄ ad delectationē nō peccādi indeclinabilē libertatē. Nam liberū arbitrium quod primo homini est datū fuit q̄ nō potuit peccare et potuit peccare: hoc aūt nouissimū ⁊ potentius erit/ quo peccare nō poterit. Et sic dicit sic/ q̄ deus peccare nō potest: nūquid igitur liberum arbitriū ideo habere negādus est? quasi dicat nullo modo. Sed oritur dubium/ quomodo sancti erunt impeccabiles/ cum habeant eandem voluntatē in patria ⁊ in via. Dicit aūt q̄ voluntas non potest impediri ab aliquo creato: et ideo videtur q̄ sit ex eo q̄ voluntas diuina desinit concurrere ad omnē actum malū.

E

¶ Sicut eñ prima immortalitas fuit: quam peccando adam perdidit: posse nō mori: nouissima erit non posse mori: ita primum liberum arbitriū/ posse nō peccare: nouissimū nō posse peccare. Sic eñ erit inamissibilis volūtas pietatis et equitatis/ quomodo ⁊ felicitatis. Nā vtiq̄ peccando/ nec pietatem nec felicitatē tenuimus: voluntatē vero felicitatis/ nec perdita felicitate perdidimus. Certe deus ipse nunqd̄ quia peccare non potest: ideo liberum arbitrium habere negandus est? Erit ergo illius ciuitatis ⁊ vna in omnibus: ⁊ inseparabilis in singulis voluntas libera/ ab omi malo liberata/ et impleta omni bono: fruens indeficienter eternorū iocūditate gaudiorum: oblita culparū/ oblita penarū: nec tñ ideo sue liberatiōis oblita/ vt liberatori suo sit ingrata.

¶ Quadragesima tertia veritas/ q̄ prima immortalitas quam adam pdidit fuit posse nō mori: et ita illud liberū arbitrium fuisse posse nō peccare: ⁊ istō nō posse peccare. Et aduertēdum/ q̄ hic non loquitur de libero arbitrio sm̄ suā substantiam: cum illud semper sit: vtpote voluntas ⁊ intellectus: sed sm̄ dispositionē/ qua est confirmatum vel nō confirmatum.

Quadragesima tertia veritas

2. sen. dist. 25. ca. angelis.

F

